AKTA
KANCELERSKIE
ROKU 1792 1793

33

Zebrał
Eligi Korwin Piotrowski
Prezes Sądu Głównego Wołyńskiego
w Motowidłówce.
Własność córki Stanisławy
z Piotrowskich Malinowskiej.

N. Inv. 6283

Zebrał
Eligi Korwin Piotrowski
Prezes Sądu Głównego Wołyńskiego
w Motowidłówce.
Własność córki Stanisławy
z Piotrowskich Malinowskiej.

Akta kancelerskie
Roku 1792 : 1793.

1440.

ACTA

Maioris Cancellariæ Regni
Anno Domini 1792.
Cancellariatu
Illustrissimi Excellentissi Dñi
Dñi Hyacynthi Comitis Nałęcz a Małachowice MAŁACHOWSKI
Supremi Regni Cancellarii Radoszycensis Grodecensis Iannicensis q. Capitanei Secretariatu Sigilli Generosi Ignatii Janiszewski Sæ Ræ Mtis et Sigilli Maioris Regni Secretarii

№1. Acta
maioris cancellariae Regni
Anno Domini 1792.

Tribunatus Minor Districtus Szadkoviensis in Palatinatu Siradiensi post fata Generosi Mathiae Krobanowski vacans Generoso Komorowski Commissario Commissionis Civilis Bellicae Palatinatus Siradiensis confertur. Stanislaus Augustus Dei Gratiâ Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeque. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum inter est universis et singulis. Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Komorowski Commissionis Civilis Bellicae Palatinatus Siradiensis Commissarii faciendum esse duximus ut ipsi Tribunatum Minorem Districtus Szadkoviensis in Palatinatu Siradiensi post fata Gsi Mathiae Krobanoski vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus prout quidem cum omnibus juribus praerogativis Muniis immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus ad extrema Vitae suae tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem tenendum habendum et obeundum damus et conferimus praesentibus Literis Nostris Quod omnibus quorum interest praesertim vero Magnificis Senatoribus Generosis Dignitariis Officialibus universoque Nobilitati Palatinatus Siradiensis et Signanter Districtus Szadkoviensis notum esse volentes mandamus ut praefatum Generosum Komorowski ab hinc pro vero legitimo et actuali Tribuno Minore Districtus Szadkoviensis habeant nominent et agnoscant eique de loco juribus praerogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis respondere curent. Pro Gratia Nostra. In quorum fidem praesentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae die III. Januarii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. Anno. Stanislaus Augustus Rex.

Vexilliferatus Palatinatus Junivladislaviensis post fata Generosi Vincentii Wysocki vacans Gso Ludovico Madalinski Pincernae Palatinatus Brestensis Cujaviae Nuntio ad Comitia praesentia ex Palatinatu Junivladislaviensi confertur. Stanislaus Augustus Rex.

Significamus Q. Quia Nos habito respectu meritorum Gôi Ludovici Madalinski Pincernæ Palatinatus Brestensis Cujaviæ et Nuntii ad Comitia Præsentia ex Palatinatu Junioladislaviensi faciendum esse duximus ut ipsi Vexilliferatum ejusdem Palatinatus Junioladislaviensis post fata Gôi Vincentii Wysocki vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus prout quidem cum omnibus Juribus prærogativis Muniis immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus ad extrema vitæ suæ tempora vel altioris alicujus Dignitatis aut Officii assecutionem tenendum habendum et obeundum damus et conferimus præsentibus Literis Nostris Quod omnibus quorum interest præsertim vero Magnificis Senatoribus Gôis Dignitariis Officialibus Universæque Nobilitati Palatinatus Junioladislaviensis notum esse volentes Mandamus ut præfatum Gôum Ludovicum Madalinski ab hinc pro vero legitimo et actuali Vexillifero Junioladislaviensi habeant nominent et agnoscant eique de loco juribus prærogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis respondere curent Pro Gratia. In quorum fidem Q. Datum Varsoviæ die 14. Mensis Januarii Anno Domini MDCCXCII Regni vero Nostri XXVIII. Stanislaus Augustus Rex.

Pincernatus Palatinatus Brestensis Cujaviæ post ascensum Gôi Ludovici Madalinski ad Vexilliferatum Palatinatus Junioladislaviensis vacans Gôo Mathiæ Rybinski Castellanidæ Crusviciensi confertur.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Gôo Christophoro Alexandro Baroni Taube Camerario S. R. M. datum. Stanislaus Augustus Rex. Universis et Singulis quorum interest aut quomodolibet interesse poterit notum facimus. Postquam ad Regni Gubernacula ita disponente Numine concordibus Polonæ Lithvanæque Gentis Suffragiis feliciter evecti Sumus confestim in studio benemeritos de Nobis et Republica decorandi benemeriturosque excitandi Ordinem Sancti Stanislai Episcopi et Martyris totius Regni et Nostri Patroni decisivo Nostro Diplomate die VII. Maii Anno Domini MDCCLXV Constituimus Cum itaque Gôus Christophorus Alexander Baro Taube Camerarius Noster meritis et virtutibus quæ ipsum commendant pollere dignoscatur Nosque eum Gratia Nostra dignum esse judicaverimus Eundem Ordine præfato condecorandum et Numero ipsius ad numerandum adscribendumque esse censuimus prout defacto cum omnibus juribus prærogativis ad mentem præfati Diplomatis Institutionis ad extrema vitæ suæ tempora condecoramus ad numeramus et adscribimus Quod omnibus quorum interest ad notitiam deducendo Extraneos amice

requirimus subditis vero Nostris mandamus ut præfatum Gdûm Christophorum Alexandrum Baronem Taube pro Equite Ordinis Sancti Stanislai habeant nominent et agnoscant In cujus rei fidem præsens Gratiæ Nostræ Documentum Manu Nostra Subscriptum Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ die VII. Mensis Januarii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. Stanislaus Augustus Rex.

Præfectura Generalis Postharum Regni et Magni Ducatus Lithvaniæ post decessum Gdi Ignatii Francisci Przebendowski Gdo Antonio Dzieduszycki Supremo Notario M. D. Litt. confertur. Stanislaus Augustus Rex.

Significamus Q. Quia Nos habito respectu de Nobis et de Republica meritorum Gdi Antonii Dzieduszycki Supremi Notarii Magni Ducatus Litthvaniæ faciendum esse duximus ut eidem Præfecturam Generalem Postiarum Regni et Magni Ducatus Litthvaniæ post decessum Gdi Ignatii Francisci Przebendowski daremus et conferremus uti præsentibus damus et conferimus ita ut præter pensionem ex Cassa generali Postharum Nostrarum seorsivo Instrumento in forma legalis assignationis assecurandam nec non Domum Pro Mansione Commodam in hac civitate Nostra Residentionali etiam quibusvis prædictæ Præfecturæ Generali annexis et competentibus Juribus prærogativis et immunitatibus utatur et fruatur Quod omnibus quorum interest notum esse volentes mandamus ut præfatum Gdûm Antonium Dzieduszycki Supremum Notarium Magni Ducatus Litthvaniæ pro vero legitimo Generali Postharum Nostrarum Præfecto teneant nominent et agnoscant eique de juribus Prærogativis et immunitatibus id officium concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent. Pro Gratia Nostra et Officiorum suorum debito. In quorum fidem Q. Datum Varsaviæ die VII. Januarii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. Stanislaus Augustus Rex.

Munus Camerarii S. R. M. Generoso Josepho Kuczynski confertur. Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ.

Significamus Q. Quandoquidem Volupe habeamus præsentes Virtute Viros obsequiis Nostris admovere accedente ad id Consiliariorum Nostrorum recommendatione. Cum itaque Gdûs Josephus Kuczyński quem fidelitas probitas in rebus agendis capacitas ac promptum de Nobis benemerendi Studium commendabilem reddunt propius obsequiis Nostris admovendum esse duximus ad-

movemusque et munere Camerarii Nostri condecoramus in Numerum Camerariorum Nostrorum inscribimus et cooptamus praesentibus Literis Nostris dantes et concedentes eidem Gdo Josepho Kurzynski plenam et omnimodam potestatem facultatemque omnibus Juribus praerogativis muniis immunitatibus quibus caeteri Aulae Nostrae Camerarii de legum praescripto et usu antiquo gaudent et fruuntur pleno jure gaudenti et utifruendi ad extrema vitae suae tempora vel altioris alicujus Dignitatis ascensionem. Quod omnibus quorum interest praesertim vero Magnificis Regni et Magni Ducatus Lithuaniae Mareschalcis caeterisque Gdis Aulae Nostrae Officialibus notum esse volentes mandamus ut praefatum Gdum Josephum Kurzynski pro vero legitimo et actuali Camerario Nostro habeant nominent et agnoscant eique de loco Juribus praerogativis Muniis immunitatibus et ipsi respondeant et ab aliis respondere curent pro Gratia Nostra In quorum fidem praesentes Manu Nostra R. Datum Varsaviae die XI Mensis Januarii Anno Domini MDCCXCII. Regni vero Nostri XXVIII. Anno Stanislaus Augustus Rex.

Diploma pro Equite ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Nicodemo Jordan Stoiowski datum: 11. Januarii 1792.

Diploma pro Equite Ordinis Aquilae Albae Gdo Alexandro Morski Succamerario Premisliensi Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum: Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae: 11.

Universis et Singulis quorum interest aut quomodolibet interesse poterit notum facimus. Quod Nos ad demonstrandam eo magis Nostram Regiam benevolentiam in Personam Gdi Alexandri Morski Succamerarii Premisliensis de Nobis benemeriti eundem postquam Numero Equitum Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris annumeraverimus nunc Ordine Equitum Aquilae Albae condecorandum esse duximus prout defacto condecoramus Quod omnibus quorum interest ad notitiam deducendo Extraneos amice requirimus Subditis vero Nostris mandamus ut praefatum Gdum Alexandrum Morski Succamerarium Premisliensem pro Equite Ordinis Aquilae Albae habeant nominent et agnoscant In cujus rei fidem praesens Gratiae Nostrae documentum Manu Nostra Subscriptum Sigillo Regni R. Datum Varsaviae die XIII. Januarii Anno Domini MDCCXCII Regni vero Nostri XXVIII. Stanislaus Augustus Rex.

Diploma pro Equite Ordinis Aquilae Albae Mco Alexandro Romiszowski Castellano Sandecensi Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum: 14 Januarii:

Diploma pro Equite Ordinis Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Andreae Grabowski Camerario Nostro datum: 14 Januarii 1792.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Josepho Marcello Sumowski Subjudici Terrestri Wlodimiriensi datum.

Diploma pro Equite Ordinis Aquilae Albae, Magnifico Macario Porzenski, Castellano Kaminscensi, Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti, datum. Stanisl

Munus Secretarii S. R. M. Nobili Demetrio Duczynski confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae.

Significamus &. Regiae Dignitatis esse arbitramur in Aulam Nostram Viros eruditos Jurium que ac legum publicarum peritos ob commoditatem Nostram asciscere eosque obsequiis Nostris admovere Hinc cum Nobis Nobilis Demetrii Duczynski praeter praeclaras animi et ingenii dotes exactam in jure peritiam per certos Consiliarios Nostros commendatum habeamus Visum Nobis est ut eundem in Numerum Aulae Nostrae Secretariorum assumeremus et adscriberemus prout quidem assumimus et adscribimus praesentibus literis Nostris Dantes et concedentes eidem Nobili Demetrio Duczynski plenam facultatem potestatemque omnibus juribus praerogativis Munus immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus gaudendi et utifruendi idque ad extrema vitae Suae tempora Quod omnibus quorum interest praesertim vero Magnificis Regni et Magni Ducatus Lithuaniae Mareschalcis Cancellariis Pro Cancellariis Gnis Dignitariis Officialibus notum esse volentes mandamus quatenus praefatum Nobilem Demetrium Duczynski ab hinc pro vero legitimo et actuali Secretario Nostro habeant Nominent et agnoscant eique de loco juribus praerogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis respondere curent. In quorum fidem &. Datum Varsaviae die III. Mensis Februarii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. Anno. Stanislaus Augustus Rex.

Munus Camerarii Sae Rae Mtis Generoso Nicolao Korzywiec Okolowicz confertur. Stanislaus Augustus Rex Poloniae.

Significamus &. Quam volupe habeamus praestantes virtute Viros obsequiis Nostris admovere accedente ad id Consiliariorum Nostrorum recommendatione Cum itaque Generosum Nicolaum Korzywiec Okolowicz quem fidelitas probitas in rebus agendis capacitas ac promptum de Nobis benemerendi studium commendabilem reddunt propius obsequiis Nostris admovendum esse duximus admovemusque et munere Camerarii Nostri condecoramus in Numerum Camerariorum Nostrorum inscribimus et cooptamus praesentibus literis Nostris Dantes

et concedentes eidem Gso Nicolao Krzywiec Okotowicz plenam et omnimodam potestatem facultatemque omnibus Juribus praerogativis Muniis immunitatibus quibus caeteri Aulae Nostrae Camerarii de legum praescripto et usu antiquo gaudent et fruuntur pleno jure gaudendi et utifruendi ad extrema Vitae Suae tempora vel altioris alicujus Dignitatis aut officii assecutionem Quod omnibus quorum interest praesertim vero Magnificis Regni et Magni Ducatus Lithvaniae Marschalcis caeterisque Gsis Aulae Nostrae Officialibus Notum esse volentes Mandamus quatenus praefatum Gsum Nicolaum Krzywiec Okotowicz ab hinc pro vero legitimo et Actuali Camerario Nostro habeant nominent et agnoscant eique de loco juribus praerogativis Muniis immunitatibus hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent Pro Gratia Nostra In quorum fidem &. Datum Varsaviae die III. Februarii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. Anno. Stanislaus Augustus Rex.

Munus Camerarii S.ae R.ae M.tis Generoso Josepho Toneman Notario Castrensi Wschovensi confertur. ~~Stanislaus Augustus Rex~~. 6. februarii

Munus Camerarii S. R. M. Gso Joanni Philippo d'Oleschlager Directori Generali Sylvarum Serenissimi Landgravii de Hesse Darmstadt confertur. 6. februarii.

Munus Geometrae jurati S.ae R.ae M.tis Generoso Ignatio Wiercienski confertur: Stanislaus Augustus Rex.

Significamus &. Quia nos commendatam habentes Gsi Ignatii Wiercienski in Arte Geometrica Scientiam in delineatione Mapparum peritiam in dimensuratione fundorum habilitatem et industriam faciendum esse duximus ut ipsum in Geometram Juratum crearemus et constitueremus prout quidem creamus et constituimus praesentibus literis Nostris dantes et concedentes eidem Gso Ignatio Wiercienski plenam et omnimodam potestatem Munus Geometrae jurati et publici per totum Regnum exercendi fundos et agros dimensurandi Mappas delineandi aliosque Actus Geometrae jurati Secundum leges et constitutiones competentes exercendi et debito more explendi illiusque dimensurationibus delimitationibus et ejus aliis Actibus ad legale Officium Geometrae jurati et publici pertinentibus ubique locorum tam in Judiciis quam extra plenam fidem habendam esse declaramus ita tamen ut Juramentum corporale de fideliter administrando Officio Geometrae coram quocunque Officio Sive Terrestri Sive Castrensi praestare teneatur et Sit adstrictus. Quod omnibus quorum interest praesertim vero Magnificis Senatoribus Gsis Dignitariis Officialibus nec non quibusvis Judiciis ac Officiis tum Magistratibus Civitatum et oppidorum Regni Nostri notum esse volentes Mandamus quatenus eundem Gsum Ignatium Wiercienski

pro vero legitimo Geometra Jurato habeant et agnoscant eidemq hoc officio libere frui permittant et ab aliis permitti curent pro gratia Nostra In quorum fidem praesentes Manu nostra &. Varsaviae die XI. Februarii Anno Domini MDCCXCII Regni Vero Nostri XXVIII Anno Stanislaus Augustus Rex.

Munus Burgrabiatus in Civitate Regia Gedanensi Nobili ac Spectabili Adriano Teophilo Engelcke Consuli Civitatis ejusdem confertur. Stanislaus Augustus Rex. Significamus &: Quod cum Nobilis ac Spectabilis Magistratus Gedanensis literis Suis Nobis quatenus Burgrabium ejusdem Civitatis pro Anno nunc currenti constitueremus Supplicaverit ac e medio Sui in Candidatos more et consuetudine antiqua intercedente Nobis praesentaverit ut unum ex Octo Candidatis Regimini ejusdem Officii idoneum praefigeremus Submisse petierit Nos Nobilis ac Spectabilis Adriani Theophili Engelcke Consulis ejusdem Civitatis Singularem erga Nos fidem in rebus gerendis dexteritatem ac in promovendo bono publico Civitatis Nostrae Gedanensis Sedulitatem et prudentiam commendatam habentes eidem hocce Officium Burgrabiatus pro Anno Nunc currenti conferendum esse duximus prout quidem cum omni jurisdictione Burgrabiali nec non juribus praerogativis obventionibus eidem Officio ex praescripto Jurium Civitatis Gedanensis ac ex recepto usu servientibus per integrum Unius Anni Spatium tenendum habendum et obeundum damus et conferimus praesentibus literis Nostris Quod omnibus quorum interest praesertim vero Nobili ac Spectabili Magistratui totique Communitati Civitatis Nostrae Gedanensis ad Notitiam deducendo Mandamus quatenus Suprascriptum Nobilem ac Spectabilem Adrianum Teophilum Engelcke e medio Candidatorum pro electo Burgrabio et confirmato habeant nominent et agnoscant eique in omnibus quae ad Jurisdictionem Burgrabialem Spectant et pertinent peragant et obtemperent In quorum fidem &. Datum Varsaviae die VII. Mensis Februarii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII Anno. Stanislaus Augustus Rex.

Literae Burgrabiales ad Civitatem Gedanensem. Stanislaus Augustus Rex. Nobiles ac Spectabiles fideliter Nobis dilecti Quod a Nobis demisse fidelitates Vestrae petierunt ut Burgrabium pro hoc Anno in Civitate Nostra Gedanensi Secundum receptam consuetudinem constitueremus qui Nomine Nostro Jura et Judicia Civitatis tueretur Caetera quae ad Munus hoc pertinent diligenter et fideliter administret id more recepto benigne facimus et ad hocce Officium ex Octo Candidatis Nobis per fidelitates Vestras propositis Privilegio Nostro designavimus Nobilem ac Spectabilem Adrianum Teophilum Engelcke Consulem ejusdem civitatis cujus egregium benemerendi studium commendatum habemus Hunc igitur fidelitates Vestrae pro legitimo suo Burgrabio habeant et cum illi honorem tribuant quem Officium hoc jure sibi tribui postulat Quod quidem fidelitates Vestrae ex ipso Privilegio fusius intelligent Decaetero fidelitates Vestras benevalere cupimus Varsaviae die VII. Februarii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII Anno Stanislaus Augustus Rex.

Diploma pro Equite Ordinis Aquilae Albae Gno Stanislao Mscinski Capitaneo

Vielunensi Ordinis Sancti Stanislai Equiti datum. 8 Februarii –

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Petro Turkut Venatori Vinnicensi datum 13 Februarii –

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Cypriano Wąsowicz Pincernae Districtus Radomiensis datum: 17 Februarii =

Munus Camerarii S. R. M. Gдо Josepho Rosnowski confertur. Stanislaus Augustus Rex. Significamus &. Quam volupe habeamus &. Cum itaque Gдum Josephum Rosnoski quem fidelitas probitas &. Dantes et concedentes eidem Gдо Josepho Rosnoski plenam et omnimodam &. Quod omnibus quorum interest &. Mandamus quatenus praefatum Gдum Josephum Rosnoski ab hinc &. In quorum &. Varsaviae die 20 Februarii Anno Domini MDCCXCII. Regni vero Nostri XXVIII. Stanislaus Augustus Rex.

Thesaurariatus Terrae Helmensis post fata Gдi Joannis Wereszczynski vacans Gдо Felici Clementi Wereszczynski Commissario Commissionis Civilis Bellicae ejusdem Terrae. Stanislaus Rex. Significamus &. Quia Nos habito respectu meritorum Gдi Felicis Clementis Wereszczynski Commissarii Commissionis Civilis Bellicae Terrae Helmensis faciendum esse duximus ut ipsi Thesaurariatum Terrae Helmensis post fata Gдi Joannis Wereszczynski vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus prout quidem cum omnibus juribus praerogativis Muneris immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus ad extrema Vitae suae tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem tenendum habendum et obeundum damus et conferimus praesentibus Literis Nostris Quod omnibus quorum interest praesertim vero Magnificis Senatoribus Gдis Dignitariis Officialibus Universeque Nobilitati Terrae Helmensis notum esse volentes Mandamus ut praefatum Gдum Felicem Clementem Wereszczynski ab hinc pro vero legitimo et actuali Thesaurario Helmensi habeant Nominent et agnoscant eique de loco juribus praerogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia nostra In quorum fidem &. Datum Varsaviae die XIX Februarii Anno Domini MDCCXCII. Regni vero Nostri XXVIII. Anno Stanislaus Augustus Rex.

Munus Geometrae jurati S. R. M. Gдо Felici Witkowski confertur. Stanislaus Augustus Rex. Significamus &. Quia nos Commendatam habentes Gдi Felici Witkowski in Arte Geometrica Scientiam in delineatione Mapparum peritiam in dimensuratione fundorum habilitatem et industriam faciendum esse duximus ut ipsum Geometram juratum crearemus et constitueremus, prout quidem creamus et constituimus praesentibus Literis Nostris dantes et concedentes eidem Gдо Felici Witkowski plenam et omnimodam potestatem Munus Geometrae jurati et publici per totum Regnum exercendi fundos et agros dimensurandi Mappas delineandi aliosque Actus Geometrae jurati ~~et publici~~ secundum leges et constitutiones competentes exercendi et debito more explendi, Illiusque dimensurationibus distimitationibus et ejus aliis Actibus ad legale Officium Geometrae jurati et publici pertinentibus ubique locorum tam in judiciis quam extra – plenam fidem habendam esse declaramus ita tamen ut juramentum Corpo-

vate de fidelitater administrando Officio Geometrae etiam quocunque Officio Sive Terrestri Si=
ve Castrensi praestare teneatur et sit adstrictus Quod omnibus quorum interest praesertim vero
Magnificis Senatoribus Gsis Dignitariis Officialibus nec non quibusvis Judiciis ac Officiis tum
Magistratibus Civitatum et Oppidorum Regni Nostri notum esse volentes mandamus quatenus
praefatum Gsum Felicem Witkowskim pro vero legitimo Geometra jurato habeant nominent
et agnoscant eidemque Officio hoc libere frui permittant et ab aliis permitti curent Pro Gratia &.
Nostra &. In quorum fidem praesentes Manu Nostra &. Datum Varsaviae die XXV Februa=
rii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII Anno Stanislaus Augustus Rex.

Munus Camerarii S. R. M. Gso Ignatio Niemiera confertur: Stanislaus Augustus Rex
Significamus &. Quam volupe habeamus praestantes Virtute Viros Obsequiis Nostris admovere ac=
cedente Consiliariorum Nostrorum recommendatione. Cum itaque Gsum Ignatium Niemie=
ra quem fidelitas probitas &. Dantes et concedentes eidem Gso Ignatio Niemiera plenariam facul=
tatem potestatemq &. Quod omnibus quorum interest praesertim Vero Magnificis Regni et M D
Litt Marschalcis &. In quorum fidem praesentes Manu Nostra &. Datum Varsaviae die XXV Febru=
arii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. Anno Stanislaus Augustus Rex.

Munus Consiliarii Sae Rae Mtis Aulici Generoso Bernardo Chri=
stiano de Hindt Confertur: Stanislaus Augustus Rex.

Significamus &. Quia Nos Commendatas habentes Gsi Bernardi Christiani de Hindt animi do=
tes literarum peritiam ac in rebus agendis dexteritatem Visum Nobis est, ut ipsi Munus
Consiliarii Nostri Aulici daremus et conferremus prout quidem damus et conferimus titulo=
que Consiliarii Nostri Aulici insignimus praesentibus literis Nostris Dantes et concedentes
eidem Gso Bernardo Christiano de Hindt plenam et omnimodam facultatem potestatemque
omnibus Juribus praerogativis Muniis immunitatibus quibus caeteri Aulae Nostrae Consiliarii
de Legum praescripto et usu antiquo gaudent et fruuntur pleno jure gaudendi et uti fruendi ad
extrema vitae Suae tempora Quod omnibus quorum interest, praesertim Vero Magnificis Regni et
Magni Ducatus Lithvaniae Marschalcis cunctisque Gsis Aulae Nostrae Officialibus notum esse vo=
lentes mandamus ut praefatum Gsum Bernardum Christianum de Hindt ab hinc pro Vero legi=
timo et actuali Consiliario Nostro Aulico habeant nominent et agnoscant eique de loco juribus
praerogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro=
Gratia Nostra In quorum fidem praesentes Manu Nostrae &. Datum Varsaviae die XXIX Febru=
arii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. Stanislaus Augustus Rex.

Diploma pro Equitae Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris
Generoso Adalberto Swirski Camerario S. R. Mtis Datum: 29 Februarii.

Munus Burgrabiatus in Civitate Regia Thorunensi Nobili ac Spectabili Carolo
Jacobo Wachschlager Pro Consuli ejusdem Civitatis confertur: Stanislaus Augustus Rex.

Significamus Q. Quod cum Nobilis ac Spectabilis Magistratus Thorunensis Literis Suis Nobis quatenus Burgrabium ejusdem Civitatis pro Anno nunc currenti constitueremus Supplicaverit, ac e medio Sui in Candidatos more et consvetudine antiqua inter cedente Nobis praesentaverit ut unum ex quatuor Candidatis Regimini ejusdem Officii idoneum praefigeremus Submisse petierit Nos Nobilis ac Spectabilis Caroli Jacobi Wachschlager Pro Consulis Ejusdem Civitatis Singularem erga Nos fidem in rebus gerendis dexteritatem ac in promovendo bono publico Civitatis Nostrae Thorunensis Sedulitatem et prudentiam commendatam habentes eidem hocce Officium Burgrabiatus pro Anno nunc currenti conferendum esse duximus prout quidem cum omni Jurisdictione Burgrabiali nec non juribus prerogativis obventionibus eidem Officio ex praescripto Jurium Civitatis Thorunensis ac ex Recepto usu Servientibus per integrum unius Anni Spatium tenendum habendum et obeundum damus et conferimus praesentibus Literis Nostris Quod omnibus quorum interest praesertim vero Nobili ac Spectabili Magistratui totique communitati Civitatis Nostrae Thorunensis ad Notitiam deducendo Mandamus quatenus Supra scriptum Nobilem ac Spectabilem Carolum Jacobum Wachschlager e medio Candidatorum pro Electo Burgrabio et Confirmato habeant nominent et agnoscant eique in Omnibus quae ad Jurisdictionem Burgrabiatem Spectant et pertinent pareant et obtemperent In quorum fidem Q. Varsaviae die XXIX Februarii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. Anno Stanislaus Augustus Rex.

Literae Burgrabiales ad Civitatem Thorunensem. Stanislaus Augustus Rex.

Nobiles ac Spectabiles fideliter Nobis dilecti! Quoniam a Nobis demisse Fidelitates Vestrae petierunt, ut Burgrabium pro hoc Anno in Civitate Nostra Thorunensi constitueremus, qui Nomine Nostro Jura et Judicia Civitatis tueretur, et caetera, quae ad Munus hoc pertinent, diligenter et fideliter administret. Nos igitur annuendo precibus Vestris, praecipue vero Commotus repraesentationibus ad Nos ex parte Secretarii Urbis Nostrae Gedanensis protunc Varsaviae commorantis, et per Consulem Vestrum Elsnerum respectu Vice Consulis Vestri Wachschlageri provectis benigne id facimus, et ex pura gratia et benevolentia Nostra Regia pro hac vice ad hanc voluntatem Nostram, ad exemplum Divorum Praedecessorum Nostrorum Fidelitatibus Vestris designare volumus, potius vero ob rationes necessitatis Nobis Notas, pro Anno currenti, ex quatuor Candidatis, Nobis per fidelitates vestras propositis, ad hocce Officium Burgrabiale, Nobilem ac Spectabilem Carolum Jacobum Wachschlager Vice consulem Civitatis Nostrae Regiae Thorunensis, Per Privilegium Nostrum Regium ad hocce Munus designamus, licet Fidelitates Vestrae non ad hibita debita obsequii animadversione, ad vota mea quas praefatus Secretarius Civitatis Nostrae Gedanensis, Vobis transmisit, ut fidelitates Vestrae in sequelam insinuationum per Supremum Regni Cancellarium illi factarum, prore Nobilis ac Spectabilis Joannis Theodori Elsneri, Consulis Vestri, quem ego Speraveram non pro Anno futuro, sed jam pro hoc Anno per fidelitates Vestras Mihi inter Candidatos ad Officium Burgrabiale propositum fore: Fidelitates ergo Vestrae uti Supradictum est, hunc Nobilem ac Spectabilem Carolum Jacobum Wachslagerum Vice Consulem Vestrum, pro hoc Anno, pro legitimo Suo Burgrabio habeant,

et cum illi honorem tribuant, quem Officium hoc sibi de jure tribui postulat, quod quidem fidelitates Vestrae ex ipso Privilegio fusius intelligent, in posterum vero Fidelitates Vestras admonitas esse volumus, et benevalere cupimus. Dabantur Varsaviae die XXIX Mensis Februarii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. anno Stanislaus Augustus Rex.

Subdapiferatus Terrae Nurensis post ascensum Gsi Alexandri Zielinski ad Succamerariatum ejusdem Terrae vacans Gso Stanislao Jablonowski ex eadem Terra Nurensi ad Comitia Moderna Nuntio confertur. Stanislaus Augustus Rex.

Significamus Q. Quia Nos habito respectu Meritorum Gsi Stanislai Jablonowski ad Comitia praesentia ex terra Nurensi Nuntii faciendum esse duximus ut ipsi Subdapiferatum Terrae Nurensis in Ducatu Masoviae post ascensum Gsi Alexandri Zielinski ad Succamerariatum ejusdem Terrae vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus prout quidem cum omnibus Juribus praerogativis Muniis immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus ad extrema vitae suae tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem tenendum habendum et obeundum damus et conferimus praesentibus Literis Nostris Quod omnibus quorum interest praesertim vero Magnificis Senatoribus Gsis Dignitariis Officialibus Universaeque Nobilitati Ducatuum Masoviae et signanter Terrae Nurensis notum esse volentes Mandamus ut praefatum Gsum Stanislaum Jablonowski ab hinc pro vero legitimo et actuali Subdapifero Nurensi habeant nominent et agnoscant eique de loco Juribus praerogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra In quorum fidem Q. Datum Varsaviae die XII. Mensis Martii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. anno Stanislaus Augustus Rex.

Munus Camerarii S. R. M. Gso Antonio Nicolao Płaskowski. Stanislaus Augustus Rex.

Significamus Q. Quam volupe habeamus Q. Cum itaque Gsum Antonium Nicolaum Płaskowski quem fidelitas probitas Q. Dantes et concedentes eidem Gso Antonio Nicolao Płaskowski plenam et omnimodam facultatem Q. Quod omnibus quorum interest Q. Mandamus quatenus praefatum Gsum Antonium Nicolaum Płaskowski abhinc Q. In quorum fidem Q. Varsaviae die XV. Martii anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. Stanislaus Augustus Rex:

Ensiferatus Districtus Opoczneneis post liberam resignationem Gsi Caietani Wolski vacans Generoso Josepho Wolski Confertur Stanislaus Augustus Rex.

Significamus Q. Quia Nos habito respectu meritorum Gsi Josephi Wolski faciendum esse duximus ut ipsi Ensiferatum Districtus Opocznensis post liberam resignationem Gsi Caietani Wolski vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus prout quidem cum omnibus Juribus praerogativis Muniis immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus ad extrema vitae suae tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem tenendum habendum et obeundum damus et conferimus praesentibus Literis Nostris Quod omnibus quorum interest praesertim vero Magnificis Senatoribus Gsis Dignitariis Officialibus Univer=

reque Nobilitati Palatinatus Sandomiriensis et Signanter Districtus Opoznensis Notum esse volentes Mandamus ut præfatum Gnum Josephum Wolski ab hinc pro Vero legitimo et actuali Ensifero Opoznensi habeant nominent et agnoscant eique de loco Juribus prærogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent Pro Gratia Nostra In quorum fidem præsentes Manu Nostra Subscriptas Sigillo regni C. Varsaviæ die XV Martii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. Anno Stanislaus Augustus Rex.

Diploma pro Equite Ordinis Aquilæ Albæ Generoso Thadeo Jaraczewski Capitaneo Solecensi Ordinis S: Stanislai Eppi et Martyris Equiti datum: 17 Martii:

Diploma pro Equite Ordinis Aquilæ Albæ Gno Poninski Capitaneo Kopaymensi Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum: –

Munus Superioris Magistri Rerum Forestalium et Fluviatilium in Bonis Regiis Economicis Gno Carolo Adolpho a Mehlig confertur. Stanislaus Augustus Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest. Cum Gni Caroli Adolphi a Mehlig Capitani Pontonialis, qua Administrator a Rationibus Nostræ Monetariæ eximias animi dotes Morum honestatem et amplissimam rei Monetalis Forestalis Fodinariæ Fluviatilis Economicæ Universæ denique rei Cameralis peritiam fideli Servitio Nobis Regnoque Nostro per Viginti Septem Annos præstito per Specta et commendata Nobis habeamus ac in Animo constituerimus ad hibere in posterum quoque eundem Gnum a Mehlig in ejusmodi Cameralibus Nostris Regnique Negotiis. Ideo pro ea qua in ejus modi Viros publicis Muneribus atque Negotiis admovendos ferimur voluntate illum Authoritate Nostra Regia Nostrum rerum Forestalium atque Fluviatilium in Economiis nostris Magistrum Superiorem constituimus certam Spem Animo concipientes Virum hunc Negotiis ac Muneribus sibi concreditis Nostræ et publicæ expectationis responsurum Cupientes igitur Gnum Carolum Adolphum a Mehlig, hac a Nobis dignitate ornatum omnibus iis Privilegiis gaudere quæ eidem dignitati ac muneri tum leges tum antiqua consvetudo communia esse voluerunt Hasce Literas Nostras ad publicam fidem Subscriptas Sigillo Regni Communiri jussimus Datum Varsaviæ die XIX Martii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. Anno Stanislaus Augustus Rex.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Gno Stanislao Stawiski Judici Terrestri Siradiensi datum: 24 Martii:

Munus Camerarii S. R. M. Gno Benedicto de Augustynowicz. Stanislaus Augustus – Significamus præsentibus Literis Nostris C. Quam volupe habeamus C. Cum itaque Gnum Benedictum de Augustynowicz Attestata Nobis fidelitas, probitas, in rebus agendis capacitas, ac promptitude Nobis benemerendi Studium commendabilem reddunt, faciendum esse duximus,

ut ipsum propius obsequio Nostro admoveamus, et in Numerum Camerariorum Nostrorum inscribamus, et cooptamus, prout quidem praesentibus literis Nostris, admovemus, adscribimus et cooptamus - Eidemq Munus Camerarii Nostri, cum Omnibus juribus, praerogativis, Muniis, immunitatibus, delege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus, ad extrema vitae suae tempora, vel altioris alicujus Officii assecutionem, tenendum, habendum, et obeundum damus et conferimus. Quod omnibus quorum interest, praesertim Vero Magnificis Regni, et M. D. Litt Marschalcis, caeterisque Gsis Aulae Nostrae Officialibus, notum esse Volentes mandamus, quatenus praefatum Gsum Benedictum de Augustynowicz, ab hinc pro Vero, legitimo, actuali Camerario Nostro habeant, nominent, et agnoscant, eique de Vero juribus, praerogativis hocce Munus concernentibus, et ipsi respondeant, et ab aliis respondere curent. Pro Gratia Nostra. In quorum fidem &. Datum Varsaviae die XXIX Mensis Martii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII anno. Stanislaus Augustus Rex.

Munus Geometrae jurati S. R. M. Gso Ignatio Nadachowski: Stanislaus Augustus Rex

Significamus praesentibus &. Quia Nos commendatam habentes Gsi Ignatii Nadachowski in Arte Geometrica scientiam, in delineatione Mapparum peritiam, in dimensuratione fundorum habilitatem ac industriam faciendum esse duximus, ut ipsum in Geometram juratum crearemus, et constitueremus, prout quidem creamus et constituimus praesentibus literis Nostris; dantes et concedentes eidem Gso Ignatio Nadachowski, plenam, et omnimodam potestatem, Munus Geometrae jurati et publici per totum Regnum exercendi, Fundos et agros dimensurandi, Mappas delineandi, aliosque Actus Geometrae jurati, secundum leges et constitutiones competentes exercendi, et debito more explendi, illiusque dimensurationibus, delimitationibus, et ejus aliis actibus, ad legale Officium Geometrae jurati, et publici pertinentibus, ubique locorum, tam in Judiciis quam extra plenam fidem habendam esse declaramus, ita tamen ut juramentum corporale, coram quocunque Judicio Terrigenarum de fideliter administrando Officio Geometrae praestare teneatur, et sit adstrictus. Quod omnibus quorum interest praesertim Vero Magnificis Senatoribus Gsis Dignitariis, Officialibus, nec non quibusvis Judiciis tum Magistratibus Civitatum et Oppidorum Regni Nostri, notum esse Volentes mandamus, quatenus praefatum Gsum Ignatium Nadachowski, pro Vero legitimo Geometra jurato, habeant, Nominent, et agnoscant, eidemque Officio suo libere frui permittant, et ab aliis permitti curent. Pro Gratia Nostra. In quorum fidem &. Varsaviae die 30. Martii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. anno Stanislaus Augustus Rex.

Munus Camerarii S. R. M. Gso Josepho Kalkstein confertur. Stanislaus Augustus Rex.

Significamus &. Quam volupe habeamus &. Cum itaque Gsum Josephum Kalkstein, quem fidelitas probitas &. Dantes et concedentes eidem Gso Josepho Kalkstein, plenam, et omnimodam facultatem &. Quod omnibus quorum interest &. Mandamus, quatenus Gsum Josephum Kalkstein ab hinc &. In quorum fidem &. Varsaviae die XXX. Martii Ao Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. Stanislaus Augustus Rex.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Gso Joanni Kasinicki, Dapifero Ostrzszoviensi datum: 3 Aprilis 1792. Anno

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Gdo Josepho Urbanski Subdapifero Palatinatus Bractaviensis datum: 12 Aprilis.
Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Joanni Comiti Hadnicki datum: 24 Aprilis.
Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Gdo Sebastiano Uniatycki Camerario Nostro datum: 24 Aprilis.
Tribunatus Minor Terræ Wissogrodiensis, in Ducatu Masoviæ post fata Gdi Severini Malewski Vacans. Gdo Michaeli Lasocki confertur. Stanislaus Augustus Rex.
Significamus præsentibus Q. Quia Nos habito respectu meritorum Gdi Michaelis Lasocki faciendum esse duximus, ut ipsi Tribunatum Minorem Terræ Wissogrodiensis, in Ducatu Masoviæ, post fata Gdi Severini Malewski vacantem, et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus, prout quidem cum omnibus juribus, prærogativis, Muniis, immunitatibus, de lege et antiqua praxi, ad hocce Munus pertinentibus, ad extrema vitæ suæ tempora, vel altioris alicujus Officii assecutionem, tenendum, habendum, et obeundum, damus et conferimus præsentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, præsertim Vero Magnificis Senatoribus, Gdis Dignitariis, Officialibus, Universæque Nobilitati Ducatus Masoviæ, et signanter Terræ Wissogrodiensis, notum esse Volentes mandamus, ut præfatum Gdum Michaelem Lasocki ab hinc pro Vero, legitimo, et actuali Tribuno Minore Wissogrodiensi, habeant, nominent, et agnoscant, eique de loco juribus, prærogativis, hocce Munus concernentibus, et ipsi respondeant, et ab aliis responderi curent. Pro Gratia Nostra. In quorum fidem Q. Varsaviæ die XXVII Aprilis. Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. Anno Stanislaus Augustus Rex.
Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Gdo Adalberto Bartochowski Pocillatori Vielunensi datum: 28 Aprilis.
Munus Geometræ jurati S. R. M. Gdo Joanni Stendel: Stanislaus Augustus Rex.
Significamus Q. Quia Nos Commendatam habentes Gdi Joannis Stendel in Arte Geometrica scientiam, in delineatione Mapparum peritiam in dimensuratione fundorum habilitatem et industriam faciendum esse duximus, ut ipsum in Geometram juratum crearemus et constitueremus, prout quidem creamus et constituimus, præsentibus Literis Nostris, dantes et concedentes, eidem Gdo Joanni Stendel, plenam, et omnimodam potestatem, Munus Geometræ jurati et publici, per totum Regnum exercendi. Fundos et agros dimensurandi, Mappas delineandi, aliosque Actus Geometræ jurati secundum leges et Constitutiones competentes exercendi, et debito More explendi, illiusque dimensurationibus delimitationibus, et ejus aliis Actibus, ad legale Officium Geometræ jurati, et publici pertinentibus, ubique locorum, tam in judiciis, quam extra plenam fidem habendam esse declaramus, ita tamen ut juramentum corporale, de fideliter administrando Officio Geometræ, coram quocunque judicio Terrigenarum præstare teneatur, et sit adstrictus. Quod omnibus quorum interest, præsertim Vero Magnificis Senatoribus, Gdis Dignitariis, Officialibus, nec non quibusvis Judiciis, ac Magistratibus Civitatum et Oppidorum Regni

Nostri, notum esse volentes mandamus quatenus praefatum Gnum Joannem Herbst, pro vero, legitimo Geometra jurato, habeant, nominent, et agnoscant, eidemque Officio hoc libere frui permittant, et ab aliis permitti curent. Pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviae die XIII Aprilis Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. Anno Stanislaus Augustus Rex.

Pocillatura Palatinatus Posnaniensis, post Ascensum Gii Pauli Skorzewski ad Dapiferatum Calissiensem vacans, Generoso Josepho Zablocki Subdapifero Posnaniensis Confertur. Stanislaus Augustus Rex.

Significamus praesentibus Literis Nostris &c. Quia Nos habito respectu meritorum Gi Josephi Zablocki Subdapiferi Posnaniensis faciendum esse duximus, ut ipsi Pocillaturam ejusdem Palatinatus Posnaniensis, post ascensum Gi Pauli Skorzewski ad Dapiferatum Calissiensem Vacantem, et ad dispositionem Nostram Regiam devolutam daremus et conferremus prout quidem praesentibus Literis Nostris cum omnibus juribus, praerogativis, Muneris, immunitatibus, de lege et antiqua praxi, ad hocce Munus pertinentibus, ad extrema vitae suae tempora, vel altioris alicujus dignitatis aut Officii assecutionem, tenendam, habendam et obeundam damus et conferimus, praesentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, praesertim Vero Magnificis Senatoribus, Gis Dignitariis, Officialibus, Universaeque Nobilitati Palatinatus Posnaniensis, notum esse volentes mandamus, ut praefatum Gnum Josephum Zablocki, abhinc pro Vero, legitimo, et actuali Pocillatore Posnaniensi, habeant, nominent, et agnoscant, eique de loco juribus, praerogativis, hocce Munus concernentibus, et ipsi respondeant, et ab aliis responderi curent. Pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviae die 1o Mensis Maii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. Anno Stanislaus Augustus Rex.

Diploma pro Equite Ordinis Aquilae Albae Generoso Adamo Szydlowski Capitaneo et Nuntio Terrae Mielnicensis datum: 2o Maii.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Gno Nicolao Czapski Generali Maiori in Exercitu Regni datum: 2o Maii.

Munus Geometrae S.R.M. jurati Gno Antonio Junosza Bielinski. Stanislaus Augustus Rex.

Significamus &c. Quia Nos commendatam habentes Gi Antonii Junosza Bielinski. Camerarii Granicialis Districtus Pinscensis in Arte Geometrica scientiam, in delineatione Mapparum peritiam, in dimensuratione fundorum habilitatem et industriam, faciendum esse duximus, ut ipsum in Geometram juratum crearemus, et constitueremus, prout quidem creamus et constituimus praesentibus Literis Nostris dantes et concedentes eidem Gno Antonio Junosza Bielinski, plenam et omnimodam potestatem, Munus Geometrae jurati et publici, per totum Regnum exercendi, fundos et agros dimensurandi, Mappas delineandi aliosque Actus Geometrae jurati, secundum Leges, et constitutiones competentes exercendi, et debito more explendi, illiusque dimensurationibus, dilimitationibus, et eius aliis Actibus, ad legale Officium Geometrae jurati et publici, pertinentibus, ubique locorum, tam in Judiciis, quam extra plenam fidem habendam esse declaramus, ita tamen

ut Juramentum corporale de fideliter administrando Officio ~~Terrigenarum~~ Geometrae coram quocunque Judicio Terrigenarum praestare teneatur, et sit adstrictus. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Gsis Dignitariis, Officialibus, nec non quibusvis Judiciis Terrigenarum, ac Magistratibus Civitatum et Oppidorum Regni Nostri, notum esse volentes mandamus, quatenus praefatum Gsum Antonium Junosza Bielinski, pro vero legitimo Geometra jurato, habeant, nominent, et agnoscant, eidemque Officio hoc libere frui permittant, et ab aliis permitti curent. Pro Gratia Nostra. In quorum fidem &. Datum Varsaviae die 15 Mensis Maii Anno Domini MDCCXCII. Regni vero Nostri XXVIII. Anno Stanislaus Augustus Rex.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Gsо Mathiae Comiti Bawrowski datum 5 Maii 1792.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Gsо Josepho Radzinski Dapifero Palatinatus Czerniechoviae datum 5 Maii 1792.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Gsо Floriano Malowiecki, Anteacto Judici Privilegiato Terrestri Terrae Visogrodiensis, et ex eadem Terra ad Comitia praesentia Nuntio datum 7 Maii

Diploma pro Equite Ordinis Aquilae Albae Gsо Ignatio Szembek ex Terra Vielunensi Nuntio et Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum 7 Maii.

Diploma pro Equite Ordinis Aquilae Albae Gsо Francisco Stadnicki Capitaneo Ostrzeszoviensi, Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum 7 Maii

Diploma pro Equitae Ordinis Aquilae Albae, Venerabili Joanni Wodzicki, Canonico Cathedrali Cracoviensi Abbati Mogilnensi, Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum 7 Maii

Urząd Strażnikostwa Polnego Koronnego po dobrowolnym złożeniu Wgo Józefa Mierzciewskiego Strażnika Polnego Koronn. Ur. Wincentemu Czomowskiemu Rotmistrzowi Kawaleryi Narodowey dany. Stanisław Król. Oznaymuiemy &. Iż maiąc sobie zaleconą Ur. Wincentego Czomowskiego, Rotmistrza Kawaleryi Narodowey, Woyska Naszego Kor. do dzieł Rycerskich sposobnoś, a chcąc onego do dalszych Naszych y Rptey zachęcić Usług, Umyśliliśmy mu Urząd Strażnikostwa Polnego Kor. w Woysku Naszym Kor. po dobrowolnym złożeniu Ur. Jozefa Mierzciewskiego Wakuiący, y na mocy Prawa do dyspozycyi Naszey przypadły, dać y konferować, iakoż niniejszym listem Patentem Naszym znaiącą podług Opisu y Ustawy Rptey płacą, tudzież ze wszystkiemi prerogatywami zdawna praktykowanemi, aż do śmierci, albo postąpienia na wyższy stopień daiemy, y konferuiemy. Co mianowicie Wm. Woyska Kor. Hetmanowi, wraz z Kommissyą Woyskową, tudzież WW y Ur. Generał Leytnantom Generał Maiorom, Pułkownikom,

Podpułkownikom, y innym Wyzszy y niższey Rangi Officerom, Wiadomo czyniąc roskazuiemy, aby pomienionego Uro: Wincentego Gornowskiego odtąd za Aktualnego Strażnika Polnego Kor: mieli, znali y onemu zwiszczca y Praw do tego Urzędu przyłączonych odpowiadali, y aby od innych odpowiadano było starali się dla Łaski Naszey Krolewskiey. Na co dla lepszey Wiary &. Dan w Warszawie dnia VII. Miesiąca Maia Roku Pańskiego MDCCXCII. Panowania Naszego XXVIII. Roku Stanisław August Krol.

Munus Geometrae jurati S. R. M. Gdo Josepho Wachowski confertur. Stanislaus Augustus Rex.

Significamus &. Quia Nos commendatam habentes Gdi Josephi Wachowski, in arte Geometria Scientiam, in delineatione mapparum peritiam, in demensuratione Fundorum habilitatem ac industriam, faciendum esse duximus ut ipsum in Geometram juratum crearemus et constitueremus, prout quidem creamus et constituimus praesentibus literis Nostris, dantes et concedentes eidem Gdo Josepho Wachowski, plenam et omnimodam potestatem Munus Geometrae jurati et publici, per totum Regnum exercendi. Fundos et agros dimensurandi, Mappas delineandi, aliosque Actus Geometrae jurati, secundum Leges et constitutiones competentes exercendi, et debito more explendi, illiusque dimensurationibus, delimitationibus, et eius aliis Actibus, ad legale Officium Geometrae jurati et publici pertinentibus, ubique locorum, tam in Judiciis, quam extra plenam fidem habendam esse declaramus, ita tamen, ut iuramentum corporale de fidelites administrando Officio Geometrae, coram quocunque Officio sive Terrestri sive Castrensi praestare teneatur, et sit adstrictus. Quod omnibus, quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Gdi Dignitariis, Officialibus, nec non quibus vis Judiciis et Officiis, tum Magistratibus Civitatum et Oppidorum Regni Nostri. Notum esse volentes Mandamus, quatenus eundem Gdum Josephum Wachowski pro vero legitimo Geometra jurato, habeant, et agnoscant, eidemque Officio hoc libere frui permittant, et ab aliis permitti curent. Pro Gratia Nostra. In quorum fidem &. Datum Varsaviae die VIII. Mensis Maii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXVIII. Anno Stanislaus Augustus Rex.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Gdo Joanni Przybyszewski Notario Terrestri Cremenecensi datum: 10 Maii 1792.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris. Generoso Xaverio Drzewiecki Camerario Sae Rae Mtis datum: 10 Maii.

Munus Camerarii Sae Rae Mtis Generoso Hyacyntho Dunin Wąsowicz confertur. Stanislaus Augustus Rex.

si jacentium, nec non medietatis Villæ Borków in Palatinatu Calissiensi existent, cum
collatione Juris Emphiteutici super eadem Bona, ejusdem Magnifici Mikorski Succe=
ssoribus ad Annos Quinquaginta. Stanislaus Augustus Rex=

Significamus præsentibus q. Dedimus et contulimus per privilegia Nostra Jus Advitalitiale Magnifico

Josepho Mikorski protunc Succamerario Gostinensi, ad praesens Castellano Ravensi, super Tenutam Gabin et Advocatiam ibidem existentem, nec non super Sortes Villae Nostrae Regalis Korzeń vi Sancti Confoederationis Generalis Anno 1776. emanati Decreto Commissariorum Nostrorum Anno 1777. prolato Supremam uti ex Sancito et immotam decisionem praeseferenti exdivisas, et a Sortibus Terrestribus segregatas, atque super Villas Nostras Brzezia et Sielce in Palatinatu Ravensi et Terra Gostinensi, tum super immedietatem Villae Borkow in Palatinatu Calissiensi sitae nec non super Villam Piotrkówek in Palatinatu Ravensi et Terra Gostinensi jacent. Considerantes vero intaminatam erga Nos et Rempublicam fidem, tum insignia merita ejusdem Magnifici Josephi Mikorski Castellani Ravensis, variis in occasionibus, ac functionibus publicis praestita, faciendum esse duximus ut illum uti á Nobis privilegiatum Possessorem circa eadem jura quaesita, et proprio peculio empta ad vitae ejus tempora conservaremus et manuteneremus (prout inviolabiliter omnia Privilegia per Nos gratiose collata observare volentes) conservamus manutenemus praesentibus literis Nostris. Ac in super vigore Constitutionis in Comitiis Anno 1775 sub generali Confoederatione hic Varsaviae celebratis sancitae, per quam Jus Emphiteuticum super dicta Bona eidem Magnifico Mikorski illiusque Successoribus agnovimus, tum considerato titulo oneroso superius exarata Bona Tenutae Gabin cum advocatia ibidem existenti nec non Sortes in Villa Nostra Korzeń a Terrestribus exdivisas et segregatas tum Villas Brzezia et Sielce atque medietatem Villae Borków, nec non Villam Piotrowek in Palatinatu Ravensi et Terra Gostinensi existentem eadem Constitutione Anni 1775 Jure Emphiteutico Generoso Stanislao Augusto Dambski Capitaneo Gostinensi determinatam, et per eundem in Personam Magnifici Josephi Mikorski antehac Succamerarii Gostinensis nunc Castellani Ravensis cessam et transfusam Successoribus Sanguinis dicti Magnifici Josephi Mikorski Jure Emphiteutico ad Expirium Quinquaginta Annorum á fatis eius incipiendorum, danda et conferenda esse duximus, prout quidem cum omnibus attinentiis eumque Oppido, Praediis, Curiis Aedificiis, Molendinis, Braxatoriis, Tabernis, Agris, Pratis, Campis, Sylvis Nemoribus Fluviis, Oppidanis, Subditis, eorumque laboribus, censibus, usibus fructibus, cunctis denique attinentiis et pertinentiis, ad dicta Bona spectantibus, nihil ex iis reservando aut excipiendo damus et conferimus ad habendum tenendum possidendum et utifruendum, dandum, donandum, alienandumque idque sub iis conditionibus specialibus, ut quartas sive Proventuum lustratione Regni liquidatum ad Thesaurum Regni Nostri, tantum modo quotannis ad tenorem Constitutionis anni 1775 in recognitionem directi Dominii Nostri et Reipublicae, binis temporum rathis importent, debitis praefata Bona praesentibus collata non inoneret, nec divisio partita in eisdem subsequatur. Quae quidem Bona, si eidem Magnifico Josepho Mikorski Privilegiato Advitalitio Possessori aut Successoribus ejus Emphiteutici Juris Possessoribus alienare contigerit, eius modi alienatio, sive transfusio Juris ipsis serviens, sine Consensu Nostro subsequi poterit. Dando et concedendo eidem Magnifico Josepho Mikorski, ac ejus Successoribus utilibus et legitimis suprae exaratorum Bonorum per Nos Proventuum constitutis Dominis ac Possessoribus omnes usus fructus percipiendi. Caeterum promittimus pro Nobis, Serenissimosque Successoribus Nostris, non esse Nos, Serenissimosque Successores Nostros ab eodem Jure Emphiteutico Successores Sanguinis dicti Magnifici Josephi Mikorski amoturos neque amovendi potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum Jus Emphiteuticum ad Expirium quinquaginta Annorum a fatis Parentis pro se Successorum ejus numerandorum conservaturos. Juribus Nostris Regalibus Reipublicae, Ecclesiaeque Romano Catholicae, salvis, nec non Jure Advitalitio praefato Magnifico Josepho Mikorski Castellano Ravensi ad fata eius ser-

vienti, Salvo manente. In quorum fidem Praesentes Manu Nostra Subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Varsaviae Die 4 Mensis Januarii, Anno Domini MDCCXCIII. Regni Vero Nostri XXIX Anno Stanislaus Augustus Rex.

Diploma Juris Emphiteutici super Capitaneatum Klonoviensem, in Palatinatu Siradiensi et Terra Vielunensi iacentem post fata Generosae Szymanowska ultimae privilegiatae Possestricis Vacantem Generoso Josepho Mielżynski et eius Succesoribus ad Annos quinquaginta datum. Stanislaus Augustus Rex.

Significamus praesentibus Q. Cum per Constitutionem Anni 1775 sub titulo Nadgroda Zasłużonym sancitam, Capitaneatum Klonoviensem in Palatinatu Siradiensi et Terra Vielunensi jacentem Jure Emphiteutico ad Annos Quinquaginta Generoso Mathiae Mielżynski Succamerario Terrae Wschovensis determinavimus, Idem vero Generosus Mielżynski, eum de praefato Jure Emphiteutico in personam Generosi Josephi Mielżynski Filii sui Officiosam cessionem coram Actis Castrensibus Posnaniensibus sub die Vigesima Nona Mensis Octobris Anno Millesimo Septingentesimo Nonagesimo Secundo recognovit. Quare insistendo superius exaratae Legi, tum considerato titulo oneroso faciendum esse duximus, ut ipsi praefatum Capitaneatum Klonoviensem post fata Generosae Szymanowska Viduae ultimae privilegiatae possestricis vacantem Jure Emphiteutico ad Annos Quinquaginta á data praesentis Diplomatis computandos et initium sumendos dandum et conferendum esse duximus, prout praesentibus Literis Nostris, cum omnibus ad eundem Capitaneatum Klonoviensem Attinentiis, praediis, Aedificiis, Agris pratis Campis, Sylvis, nemoribus, fluviis, lacubus, Oppidaniis, Subditis, eorumque laboribus, Censibus proventibus, qui hactenus ab ipsis legitime exigebantur, cumque omnibus Attinentiis et pertinentiis ad dictum Capitaneatum spectantibus, nihil ex iis reservando aut excipiendo jure Emphiteutico ad expirium Quinquaginta Annorum a data praesentis Diplomatis computandorum eidem Generoso Josepho Mielżynski et ejus Successoribus damus et conferimus ad habendum tenendum possidendum et utifruendum, dandum, donandum, alienandumque, eoque sub iis conditionibus, ut quatuor Quartas sive Proventuum Lustratione Regni liquidatum ad Thesaurum Regni Nostri, tantummodo quotannis ad tenorem Constitutionis Anni 1775 in recognitionem Directi Dominii Nostri et Reipublicae binis temporum rathis importet, debitis praefatum Capitaneatum nominonecet, nec divisio partitae in eodem Capitaneatu praesentibus collato subsequatur. Quem quidem Capitaneatum Klonoviensem, si eidem Generoso Josepho Mielżynski ac ejus Successoribus utilibus et legitimis alienare contigerit, eius modi alienatio sive transfusio Juris Emphiteutici sine Consensu Nostro subsequi poterit. Dando et concedendo eidem Generoso Josepho Mielżynski Ac eius Successoribus superius exarati Capitaneatus per Nos Proventuum constitutis Dominis ac Possessoribus, omnes usus fructus percipiendi. Caeterum promittimus, pro Nobis, Serenissimisque Successoribus Nostris, nonesse Nos Serenissimosque Successores Nostros, ab eodem Jure Emphiteutico superexaratum Generosum Josephum Mielżynski illiusque Successores et Succedaneos, amoturos, neque amovendi potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum Jus Emphiteuticum ad expirium Quinquaginta Annorum conservaturos. Juribus Nostris Regalibus, Reipublicae, Ecclesiaeque Romano Catholicae salvis manentibus. In quorum fidem praesentes Manu Nostra Subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus Datum Varsaviae die 1. Mensis Februarii, Anno Domini MDCCXCIII. Regni Vero Nostri XXIX Anno Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae

Diploma Juris Emphiteutici super Villam Zbyszewo Cum Attinentiis in Terra Dobrinensi sitam post fata Generosi Adami Suminski Succamerarii Dobry=

nensis rigore Juris cessi a Magnifico Petro Suminski Palatino Juni=
vladislaviensi Generoso Onuphrio Chełmicki ad Annos Quin=
quaginta datur. Stanislaus Augustus Rex=.

Significamus praesentibus Quemadmodum in Comitiis Anno 1775 sub generali Confoedera=
tione hic Varsaviae celebratis per Constitutionem sub titulo = Nadgroda Zasłużonym = sancitam in=
ter Bona liquidi Juris Nostri Regii certis Personis Jure Emphiteutico ad Annos Quinquaginta post
decessum immediatorum Juris Advitalitii Possessorum initium sumendos et interrupte continuan=
dos ex pensione quatuor quartarum sivè totius Proventus Lustratione Anni 1765 liquidati ad Thesau=
rum Regni Nostri binis temporum rathis importandi, ac praevia Inscriptione sufficientis Evictionis
in recompensam meritorum sunt attributa, ac pro re eorum disposita. Villa Zbyszewo cum Attinentiis
Strahon, Surlas, Surlasik, et Słustochy in Terra Dobrinensi jacens est indigitata Magnifico Petro de Alcan=
tara Suminski Castellano Brestensi Cuiaviae ad praesens Palatino Junivladislaviensi Ordinum Aquilae
Albae et S. Stanislai Equiti est assignata, praefatus vero Magnificus Petrus de Alcantara Suminski de prae=
fato Jure Emphiteutico in rem Generosi Onuphrii Chełmicki Thesaurariden Dobrinensis cessit, prout fusius
enarrat extans in Actis Castrensibus Bobrovnicensibus die Secunda Mensis Junii Anno Millesimo Septin=
gentesimo Octuagesimo Octavo inscripta Cessio, tum intuitu ad mentem Legis Evictionis Sufficientis Inscri=
ptio sub Actu in Actis Metricae Cancellariae Maioris Regni die Vigesima tertia Mensis Februarii Anno
currenti Millesimo Septingentesimo Nonagesimo Tertio per praefatum Generosum Onuphrium Chełmi=
cki super Bonis Płomiany suis propriis et haereditariis in Palatinatu Junivladislaviensi Terra et districtu
Dobrinensi jacentibus facta et recognita in Cancellaria Regni reposita, tum denique Testimonium Ge=
nerosi Joannis Osniatowski Capitanei Castrensis Bobrovnicensis, Bona Płomiany nontantum suffi=
cientis Evictionis valore non carere verum debitis haud onerata esse declarans. Igitur visa eadem Cessio=
ne et inscriptione, tum testimonio, eius modi Villam Zbyszewo cum Attinentiis, Strahon, Surlas, Surlasik
et Słustochy legitimo Cessionario obitu Generosi Adami Suminski Succamerarii Terrae Dobrinensis ultimi
privilegiati Possessoris cum praediis, Agris, pratis Campis borris, nemoribus rubetis fluminibus fluviis,
lacubus piscinis emphiteutis eorumque laboribus Censibus, datiis, tributis, aliisque proventibus, qui
hactenus legitime a Emphiteutis exigebantur, cumque omnibus Attinentiis et pertinentiis ad dictam
Villam Zbyszewo pertinentibus, nihil exea reservando et excipiendo Jure Emphiteutico ad decursum quin=
quaginta Annorum à data incipiendae Possessionis Emphiteuticae computandorum, suprafato Genero=
so Onuphrio Chełmicki eiusque Successoribus legitimis dandam et conferendam esse duximus, prout damus
et concedimus ad habendum tenendum et utifruendum alienandumque, sed cum iis conditionibus specialibus,
suprafata Constitutione praecautis, ut quatuor quartas seu Proventum Lustratione ultimaria liquidatum ad
Thesaurum Regni quotannis binis temporum rathis importet, praetactam Villam non minoret, nec divisio
partita in eadem Villa collata subsequatur. Immo quoties moderno Donatario Emphiteutico sivè ejus Suc=
cedaneis dictam Villam alienare contigerit, eius modi alienatio seu Juris transfusio ad reliquum tempus ex=
pirii Quinquaginta Annorum superantis, sine Consensu Nostro Regio subsequi nondebebit. Caeterum promit=
timus pro Nobis Serenissimisque Successoribus Nostris, ~~ab eodem~~ non esse Nos, Serenissimosque Successo=
res Nostros, ab eodem Jure Emphiteutico Generosum Onuphrium Chełmicki, eiusque Successores seu legiti=
mos Juris successores amoturos, neque amovendi potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum

Ius ad expirium Annorum lege designatorum conservaturos. Iuribus Nostris Regalibus, Reipublicae, Ecclesiaeque Romano Catholicae salvis manentibus. In quorum fidem praesentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae die 4. Mensis Februarii Anno Domini MDCCXCIII. Regni Vero Nostri XXIX Anno. Stanislaus Augustus Rex.

Diploma Iuris Emphiteutici super Villam Chotoniszczów cum attinentiis in Palatinatu Podoliae sitam, post fata Generosae Miączyńska Capitaneae Camenopoliensis, ultimae privilegiatae possestricis vacantem. Generoso Josepho Rzeszotarski Pincernae Districtus Mszczonoviensis, vigore Constitutionis 1775. per Emphiteusim assignatam per eundem vero Generosum Rzeszotarski Magnifico Stanislao Gadomski Palatino Lanciciensi cessam. Generoso Augusto Kicki Capitaneo Crasnostaviensi et eius Successoribus ad Annos 50. Datum.

Stanislaus Augustus Rex.

Significamus praesentibus Literis Nostris, quorum interest universis et singulis Quemadmodum in Comitiis Anno 1775 sub generali Confoederatione hic Varsaviae celebratis per Constitutionem sub titulo. Nadgroda Zasłużonym. Sancitam inter Bona liquidi Iuris Nostri Regii, certis Personis Iure Emphiteutico ad Annos Quinquaginta post decessum immediatorum Iuris Advitalitii Possessorum initium sumendos et interrupte continuandos, ex pensione quatuor quartarum sive totius Proventus lustratione Anni 1765 liquidati ad Thesaurum Regni Nostri binis temporum vatibus importandi ac praevia Inscriptione sufficientis Evictionis in recompensam meritorum sunt attributa, ac pro re eorum disposita. Ex iisdem vero Bonis taliter dispositis Villa Chotoniszczów Vocitata in Palatinatu Podoliae sita pro re et Persona olim Generosae Miączyńska Capitaneae Camenopoliensis jure Advitalitiali determinata, post decessum vero eiusdem Generosae Miączyńska Generoso Josepho Rzeszotarski Pincernae Districtus Mszczonoviensis indigitata, idem quoque Generosus Rzeszotarski de jure eodem Emphiteutico Magnifico Stanislao Gadomski Palatino Lanciciensi cessit, prout fusius enarrat extans in Actis Castrensibus Varsaviensibus Cessio die Vigesima tertia Mensis Augusti Anno Domini 1788. In Anno autem 1790. Magnificus Stanislaus Gadomski Palatinus Lanciciensis Generoso Augusto Kicki Capitaneo Crasnostaviensi de eodem Iure Emphiteutico cessit, prout fusius in iisdem Actis enarrat similis Cessio. Igitur visa Inscriptione Evictionis coram actis Castrensibus Varsaviensibus, die Secunda Mensis Aprilis Anno Millesimo Septingentesimo Nonagesimo Tertio per Generosum Augustum Kicki Capitaneum Crasnostaviensem super Bonis suis haereditariis Orlowa in Terra Chełmensi jacentibus sufficienter ad mentem Legis recognita, ejusmodi Villam Chotoniszczów cum omnibus Attinentiis, tum Agris, pastis Campis, Borris, nemoribus, rubetis, fluviis, fluminibus, lacubus, piscinis, subditis, eorumque laboribus, censibus, datiis, tributis, aliisque proventibus, legitime ad eandem Villam provenire debentibus, cumque omnibus pertinentiis et attinentiis, quae et quantae per designatum à Commissione Thesauri Regni indigitatae vel indigitandae sunt iure Emphiteutico ad decursum Quinquaginta Annorum, à data incipiendae Possessionis Emphiteuticae Computandorum, Generoso Augusto Kicki Capitaneo Crasnostaviensi ejusque Successoribus Sanguinis dandam et conferendam esse duximus, prout damus et conferimus ad habendum tenen-

dum et utifruendum, alienandumque, sed sub iisdem Conditionibus specialibus, suprafata Constitutione praecautis ut quatuor quartas, sive totum Proventum ad Thesaurum Regni quotannis binis temporum ratis importet, praetactam Villam debitis non inoneret, nec divisio partita in eadem Villa Chotoniszczów subsequatur. Immo quoties moderno Donatario Emphiteutico sive eius Succedaneis, dictam Villam alienare contigerit, eius modi alienatio sive transfusio Juris Emphiteutici ad reliquum tempus Expirii quinquaginta Annorum superantis sine Consensu Nostro Regio subsequi non debebit. Caeterum promittimus pro Nobis Serenissimisque Successoribus Nostris, non esse Nos, Serenissimosque Successores Nostros, ab eodem Jure Emphiteutico Generosum Augustum Kicki Capitaneum Crasnostaviensem, eiusque Successores, seu legitimos Jurisquaesitores amoturos, neque amovendi potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum Jus ad expirium Annorum Lege designatorum conservaturos. Juribus Nostris Regalibus Reipublicae, Ecclesiaeque Romano Catholicae salvis manentibus. In quorum fidem praesentes Manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum ~~Varsaviae~~ in Bialystok die XIII. Mensis Aprilis, Anno Domini MDCCXCIII. Regni Vero Nostri XXIX Anno. Stanislaus Augustus Rex.

List donoszący Kommissyi Skarbowey o wyszłym Przywileiu Diplomatycznym Prawa Emfiteutycznego na Wieś Chotoniszczów z przyległościami w Woiewództwie Podolskim leżącą po Śmierci Urodzoney Mączyńskiey Starościny Kamienieckopolskiey, ostatniey uprzywileiowaney Possessorki na mocy zeznaney Cessyi przez Wielmożnego Gadomskiego Woiewodę Łęczyckiego na osobę Urodzonego Augusta Kickiego Starosty Krasnostawskiego wedle Prawa Roku 1775 pod tytułem: Nadgroda Zasłużonym. Stanisław August Król.

Wielmożnemu Rochowi Kossowskiemu Podskarbiemu Wielkiemu Koronnemu, Wielmożnym i Urodzonym Rady Ekonomiczney Skarbu Koronnego od Rzeczy pospolitey wyznaczonym Kommissarzom uprzeymie i Wiernie Nam miłym Łaskę Naszą Królewską. Wielmożni Uprzeymie, Urodzeni Wiernie Nam mili. Że wyszedł na fundamencie Konstytucyi 1775 Roku pod tytułem Nadgroda Zasłużonym. pod Aktem dzisieyszym Przywiley Diplomatyczny Prawa Emfiteutycznego na lat 50 po nastąpioney Śmierci Urodzoney Mączyńskiey Starościny Kamienieckopolskiey ostatniey Uprzywileiowaney Possessorki na Wieś Chotoniszczów zwaną, w Woiewództwie Podolskim leżącą Urodzonemu Józefowi Brzustowskiemu Cześnikowi Powiatu Mszczonowskiego służący, a na mocy uczynioney Cessyi przez rzeczonego Urodzonego Brzostowskiego Wielmożnemu Gadomskiemu Woiewodzie Łęczyckiemu dany w Roku zaś 1790 także Urodzony Gadomski Woiewoda Łęczycki tegoż Prawa Emfiteutycznego na Osobę Urodzonego Augusta Kickiego Starosty Krasnostawskiego ustąpił, jak o tym obszerniey zeznana w Aktach Grodzkich Warszawskich świadczy Cessya, nie mniey za dostateczną Ewikcya podług Prawa w Aktach Grodzkich Warszawskich pod dniem 2:go Miesiąca i Roku teraźnieyszego przez tegoż Urodzonego Augusta Kickiego Starostę Krasnostawskiego na Dobrach swoich Dziedzicznych Orłowa zwanych w Ziemi Chełmskiey leżących zapisana, i zabezpieczona. Listem tym donoszącym uwiadomionych mieć Chcemy i Wraz żądamy po Uprzeymościach i Wiernościach Waszych, abyście Prawa wyrazy istotnie i iak nayuroczyściey uskutecznili, i

urzędowną z mocy naszej Nas Prawem ustanowy wtadze dopełnili, ato dopiedrwszy zesłali ad fundum pomienionej Wsi Chotomierzów Dworzanina swojego Skarbowego, Ktoryby zleconą od Uprzejmosciów y Wiernosciów Naszych funkcyą pilnie et exacte wypełniaiąc, pomienioną Wieś z przyległosciami do niey zdawna należącemi i należyć maiącemi, podał w aktualną Possessyą, a podania swojego trzy Inwentarze należycie spisawszy, ieden na gruncie teyże Wsi, zostawił, drugi do Akt właściwego Powiatu podał, a trzeci ad Archivum Kommissyi odesłał. Uczynicie to Uprzeymosci i Wiernosci Wasze dla Łaski Naszey Krolewskiey i z powinnosci Urzędu swojego. Dan w Warszawie w Kancellaryi Wielkiey Koronney, dnia Trzynastego Miesiąca Kwietnia Roku Pańskiego Tysiącznego Siedmsetnego Dziewięćdziesiątego Trzeciego. Panowania Naszego Dwudziestego Dziewiątego Roku. Na własne JKMi rozkazanie Hyacynt Małachowski Kanclerz Wielki Koronny.

Diploma Juris Emphiteutici super Bonis Smidyn cum Attinentiis in Palatinatu Volhyniæ Districtu Vlodimiriensi iacentia Possessioni Privilegiatæ Generosorum Josephi et Catharinæ de Potockie Miączyńskie Capitaneorum Camenopoliensium subiecta vigore Constitutionis 1775 Generoso Josepho Radzicki Succamerario Zacrociniensi Jure Emphiteutico assignata, per eundem vero Generosum Radzicki iisdem Generosis Miączyńskie cessa, nunc autem post decessum dictorum Generosorum Miączyńskie Generoso Ignatio Miączyński Capitaneidæ Camenopoliensi, ultimorum Privilegiatorum Possessorum Filio primogenito et eius Successoribus, ad Annos 50. datum. Stanislaus Augustus Rex.

Significamus praesenti Diplomate Nostro, quorum interest universis et singulis. Quemadmodum in Comitiis Anno 1775. finitis sub generali Confoederatione Varsaviæ celebratis per Constitutionem sub titulo. Nadgroda Zasłużonym. Sancitam nonnulla Bona liquidi Juris Nostri Regii certis Personis Jure Emphiteutico ad Annos quinquaginta post decessum immediatorum Juris Advitalitii Possessorum initium sui sumendos et interrupte continuandos, ex pensione quatuor quartarum sive totius Proventus lustrationis Anni 1765 liquidati ad Thesaurum Regni Nostri binis temporum Ratis importandi, ac praevia Inscriptione sufficientis Evictionis in recompensam meritorum sunt Attributa, ac pro re eorum disposita. Ex iisdem vero Bonis taliter dispositis, liquidum Bona Smidyn ~~Bona~~ cum attinentiis in Palatinatu Volhyniæ, Districtu Vlodimiriensi jacentia Possessioni Privilegiatæ Generosorum Josephi et Catharinæ de Potockie Miączyńskie Capitaneorum Camenopoliensium Coniugum pfe subiecta; Generoso Josepho Radzicki Succamerario Zacrocimiensi iisdem Generosis Miączyńskie cessa, nunc autem post decessum dictorum Generosorum Miączyńskie, ultimorum privilegiatorum Possessorum vacare contigerit. Igitur visa Inscriptione coram Actis Confoederationis Terræ Varsaviensis die decima nona Mensis Aprilis Anno currenti per Generosum Ignatium Miączyński Capitaneidam Camenopoliensem Ordinis Sancti Stanislai Equitem sufficienter ad mentem praefatæ Legis recognita, eius modi Bona Smidyn cum omnibus Attinentiis, Villis praediis, aedificiis curialibus ac praedialibus, Molendinis, Agris, pratis, campis, Sylvis, Borris, Nemoribus, rubetis, eorum, cunctis emolumentis, fluvis, fluminibus, lacubus, piscinis, Cmethonibus, eorumque censibus; datiis, tributis, laboribus, commodis, aliisque proventi-

tibus, qui à Subditis juste proveniunt, cumque omnibus attinentiis et pertinentiis ad dicta Bona Smidyn spectantibus, nihil penitus ex iis reservando et excipiendo, atque cum omnibus juribus, praerogativis Jure Emphiteutico ad decursum quinquaginta Annorum ad Actu capessendae Possessionis computandorum suprafato Generoso Ignatio Miączyński Capitaneidae Camenopolscensi, eorundem olim Generosorum Josephi et Catharinae de Potockie Miączyńskie Capitaneorum Camenopolscensium Filio primogenito eiusque Successoribus Sanguinis danda et conferenda esse duximus prout damus et conferimus ad habendum tenendum et possidendum uti fruendum dandum donandum alienandumque, idque subiis conditionibus specialibus, suprafata Constitutione praecautis, ut quartas, sive Proventum ultimaria lustratione liquidatum ad Thesaurum Regni, binis temporum rathis importet, debitis praefata Bona Smidyn nonimonerat, nec divisio partita in eidem Bonis praesentibus collatis subsequatur; ac quoties moderno Donatario Emphiteutico sive ejus Succedaneis dicta Bona alienare contigerit, eius modi alienatio sive transfusio Juris Emphiteutici reliqui temporis ad expirium quinquaginta Annorum superantis sine Consensu Nostro subsequi non debebit. Caeterum promittimus pro Nobis, Serenissimisque Successoribus Nostris, non esse Nos Serenissimosque Successores Nostros ab eodem Jure Emphiteutico toties dictum Generosum Ignatium Miączyński Capitaneidam Camenopolscensem Donatarium, eiusque Successores et Succedaneos amoturos, neque amovendi potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum Jus, ad expirium quinquaginta Annorum conservaturos. Juribus Nostris Regalibus, Reipublicae, Ecclesiaeque Romano Catholicae salvis manentibus. In quorum fidem praesens Diploma, Manu Nostra subscriptum, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum in Grodno die XX Mensis Aprilis, Anno Domini MDCCXCIII. Regni Vero Nostri XXIX. Anno. Stanislaus Augustus Rex Poloniae.

List donoszący Kommissyi Skarbowey o wyszłym Przywileiu Diplomatycznym Prawa Emfiteutycznego na Dobra Smidyn zwane w Woiewodztwie Wołyńskim Powiecie Włodzimirskim leżące, po Smierci Urodzonych Miączyńskich Starostów Kamieniecpolskich na Osobę Urodzonego Ignacego Miączyńskiego Starościca Kamieniecpolskiego wedle Prawa 1775. Roku pod tytułem. Nadgroda Zasłużonym. Stanisław August z Bożey łaski Król.

Wielmożnemu Rocłowo Kossowskiemu Podskarbiemu Wielkiemu Koronnemu, Wielmożnym y Urodzonym Rady Ekonomiczney Skarbu Koronnego od Rzeczy pospolitey wyznaczonym Kommissarzom, Uprzeymie i Wiernie Nam miłym łaskę Naszą Królewską. Wielmożni Uprzeymie, Urodzeni wiernie Nam mili. Ze wyszedł na fundamencie Konstytucyi 1775 roku pod tytułem, Nadgroda Zasłużonym. z Kancellaryi Wielkiey Koronney Dnia Dwudziestego Miesiąca i Roku teraznieyszych w Grodnie datowany Przywiley Diplomatyczny Prawa Emfiteutycznego na lat 50. na dobra Smidyn zwane w Woiewodztwie Wołyńskim i Powiecie Włodzimirskim leżące po Smierci Urodzo-

nych Józefa y Katarzyny z Potockich Mączyńskich Starostów Kamieniecpolskich z
ostatnich Uprzywilejowanych Possessorów na Osobę Urodzonego Ignacego Mączyń=
skiego Starościca Kamieniecpolskiego, Orderu Świętego Stanisława Kawalera, Syna
że niegdyś Urodzonych Mączyńskich Starostów Kamieniecpolskich Małżonków
Syna naystarszego, niemniey za dostateczną Cessyą podług Prawa w Aktach
Skonfederowaney Ziemi Warszawskiey pod dniem Dziewiętnastym Miesiąca i Ro=
ku idących zapisaną i zeznaną, listem tym donoszącym uwiadomionych mieć
chcemy i oraz żądamy po Uprzeymościach i Wiernościach Waszych, abyście
Prawa wyrazy istotnie i iak nayoczywiściey uskutecznili i urzędowną z mocy na
Was Prawem włożoney władzę dopełnili, a to dopełniwszy zesłali ad fundum pomienio=
nych Dóbr Śmidyn Dworzanina swoiego Skarbowego, ktoryby zleconą od Uprzeymo=
ściow i Wiernościow Waszych funkcyą, pilnie i dokładnie wypełniaiąc po=
mienione Dobra Śmidyn z przyległościami z dawna do nich należącemi w aktualną
tenutę Urodzonemu Ignacemu Mączyńskiemu Starościcowi Kamieniecpol=
skiemu Orderu Świętego Stanisława Kawalerowi poddał Possessyą a podania
swoiego trzy Inwentarze należycie spisawszy, jeden na Gruncie tychże Dóbr
zostawił, drugi do Akt własnego Powiatu podał, a trzeci do Archiwum Kommi=
ssyi odesłał. Uczynicie to Uprzeymości y Wierności Wasze dla Łaski Naszey
Krolewskiey i z powinności Urzędu swoiego. Na co dla lepszey wiary Akta
Naszą Krolewską podpisawszy Pieczęć Koronną przycisnąć rozkazali=
śmy. Dan w Warszawie w Kancellaryi Wielkiey Koronney dnia Dwudzie=
stego drugiego Miesiąca Kwietnia, Roku Pańskiego Tysiącznego
Siedmsetnego, Dziewięćdziesiątego Trzeciego, Panowania Naszego
Dwudziestego Dziewiątego Roku.

Na własne Jego Królewskiey Mości rozkazanie

Hyacynt Małachowski Kanclerz Wielki Koronny

A C T A
Maioris Cancellariae Regni
Anno Domini
N 3tium 1 7 9 3.

Approbatio Iuris Advitalitii super Oppidum Mie=
scisko cum Villis Miescisko et Villa in Pltu et Distri=
ctu Gnesnensi sitis, Generoso Philippo Raczynski Genera=
li Maiori in Exercitu Regni servientis cum collatio=
ne Iuris Emphiteutici super eadem Bona, Eidem
Generoso Raczynski et Successoribus Eius ad Annos
Quinquaginta. Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex=

Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae Russiae, Prussiae, Ma=
soviae, Samogitiae, Kijoviae Volhyniae, Podoliae, Podlachiae
Livoniae Smolensciae, Severiae Czerniechoviaeque.

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis.
Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Philippi Raczynski Generalis Maioris in
Exercitu Regni faciendum esse duximus, ut Ius advitalitium super Oppidum Miescisko
cum Villis Miescisko, et Wiela in Pltu et Districtu Gnesnensi iacentia per Privilegium Nostrum
Benigniter Eidem collatum approbaremus et confirmaremus, prout per praesentes non tan=
tum approbamus, et confirmamus verum etiam habita ratione insignitum meritorum
Nobis et Reipublicae variis in occasionibus ac functionibus Publicis nuperrime praestito=
rum, consideratoque titulo oneroso Ius Emphiteuticum super Dictum Oppidum Miesci=
sko cum Villis Miescisko et Wiela Eidem Generoso Philippo Raczynski Illiusque Successoribus
ad Annos Quinquaginta dandum, et conferendum esse duximus, prout praesentibus Literis
Nostris cum Omnibus ad Eadem Bona Attinentiis, Praediis, Aedificiis Agris, Pratis,
Campis, Sylvis, nemoribus, fluviis, lacubus, Oppidanis, Subditis, Eorumque laboribus

Censibus, Proventibus qui hactenus ab ipsis legitime exigebantur, cumque omnibus Attinentiis et pertinentiis ad dictum Oppidum Miciszko et Villas Miciszko, ac Wieta spectantibus, nihil ex iis reservando aut excipiendo, Jure Emphiteutico ad expirium Quinquaginta Annorum, a fatis dicti Generosi Philippi Raczyński, pro se Successorum Eius incipiendorum damus, et confesimus ad habendum, tenendum, possidendum, et uti fruendum dandum, donandum, alienandumque, idque sub iis conditionibus, ut quatuor quartas sive Proventum lustratione Regni liquidatum, ad Thesaurum Regni Nostri, tantummodo quotannis ad tenorem Constitutionis Anni 1775. in recognitionem directi Dominii Nostri et Reipublicae, binis temporum rathis importent debitis praefata Bona non inonerent, nec divisio partita in illis subsequatur. Quod oppidum Miciszko cum Villis. Miciszko et Wieta, si Eidem Generoso Philippo Raczyński aut Illius Successoribus legitimis alienare contigerit, eiusmodi alienatio sive transfusio Juris Emphiteutici, sine consensu Nostro subsequi poterit. Dando, et Concedendo Eidem Generoso Philippo Raczyński, ac Eius Successoribus utilibus, et legitimis superius exaratorum Bonorum Oppidi Miciszko cum Villis Miciszko et Wieta, per Nos Proventuum constitutis, Dominis, ac Possessoribus, omnes usus fructus percipiendi. Ceterum promittimus, pro Nobis Serenissimisque Successoribus Nostris, non esse Nos, Serenissimosque Successores Nostros, ab Eodem Jure Emphiteutico, veros et legitimos Successores dicti Generosi Philippi Raczyński, amoturos, neque a movendi potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum. Jus Emphiteuticum ad expirium quinquaginta Annorum a fatis Parentis, pro se Successorum Eius numerandorum conservaturos. Iuribus Nostris Regalibus Reipublicae, Ecclesiaeque Romano Catholicae salvis, necnon Jure Advitalitio praefato Generoso Philippo Raczyński ad fata Eius servienti salvo manente. In quorum fidem praesentes Manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviae die XI. Mensis Novembris. Anno Domini MDCCXCII. Regni vero Nostri XXIX. Anno Stanislaus Augustus Rex.

Approbatio Iuris Advitalitii super Generalatum Palatinatum Maioris Poloniae Mĉo Casimiro Raczyński Curiae Regni Marschalco servientis, cum collatione Iuris Emphiteutico ad Annos Quinquaginta super Eundem Generalatum Generoso Philippo Raczyński Generali Maiori in Exercitu Regni, illiusque Successoribus. Stanislaus Augustus Rex.

Significamus praesentibus literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Dedimus et contulimus Magnifico Casimo Raczyński protunc Supremo Regni Notario, ad praesens vero Curiae Regni Marschalco Diploma provictionis super Generalatum Ptûm Maioris Poloniae, cum Bonis Villis et aliis attinentiis ad Eundem spectantibus, nempe Villam Lawica cum Molendinis aquaticis, in Civitate Posnaniensi sitis, tum Villas Winiary, Ogrody, Nedzerzow, in Ptû Kalissiensi iacente cum molendinis, in Civitate Kalisz existentibus, cumque Proventibus tam ex Civitatibus, quam Villis quomodocunque provenientibus, considerantes vero sitaminatam erga Nos, et Rempublicam Nostram fidem, summum in hanc Patriam amorem, ac

insignia merita Eiusdem Mgfci Casimiri Raczyński Curiae Rgni Marschalci, Nobis et Reipublicae exhibita, faciendum esse duximus ut illum circa Jus Advitalitiale, per superius exaratum Diploma Nostrum a Nobis Ei collatum, ad vitae Eius tempora, conservaremus, et manuteneremus prout /: inviolabiter Jura et Privilegia per Nos exhibita observari volentes :/ conservamus, et manutenemus. Ac in contestationem maioris erga Illum Gratiae et munificentiae Nostrae Regiae, habitaque ratione meritorum laudabiter, per Generosum Philippum Raczyński Generalem Maiorem in Exercitu Rgni, Fratrem Eius Germanum, Nobis, et Reipublicae praestitorum, considerato quoque titulo oneroso, Eundem Generalatum Palatinatuum Maioris Poloniae, cum Jurisdictione, et Villam Ławica, cum Molendinis Aquaticis, in Civitate Posnaniensi sitis, tum Villas Winiary, Ogrody, Rzdzerzow, cum Mollendinis in Civitate Kalisz iacentibus, tum cum singulis Proventibus, tam ab Oppidanis, et Subditis, pendi solitis, ad Eundemque Generalatum spectantibus, praefato Generoso Philippo Raczyński Generali Maiori in Exercitu Regni, Eiusque Successoribus sanguinis, Jure Emphiteutico ad expirium quinquaginta Annorum, a fatis Mgfci Casimiri Raczyński, vel acquisita iuris cessione incipiendorum dandum, et conferendum esse duximus, prout cum omnibus attinentiis, Villis, Praediis, Juriis Aedificiis, Agris, pratis, Campis, Sylvis, nemoribus, Fluviis, Oppidanis, Subditis, Eorumque laboribus, Censibus, Proventibus, cunctis denique attinentiis, et pertinentiis ad dictum Generalatum, et Villas spectantibus, nihil ex eo reservando, aut excipiendo damus, et conferimus, idque sub iis conditionibus Legibus Regni praecautis, ut Proventum sive quatuor quartas, lustratione Regni liquidatum, ad Thesaurum Regni Nostri tantummodo quotannis, ad tenorem Constitutionis Anni 1775. in recognitionem directi Dominii Nostri et Reipublicae, binis temporum Rathis important, debitis praefata Bona ad dictum Generalatum spectantia non inonerent, nec divisio partita in illis subsequatur. Quemquidem Generalatum, cum Villis et aliis attinentiis, si Eidem Generoso Philippo Raczyński, aut illius Successoribus legitimis alienare contigerit, eius modi alienatio, sive transfusio Juris Emphiteutici, sine consensu Nostro subsequi poterit. Dando et concedendo Eidem Generoso Philippo Raczyński, ac Eius Successoribus utilibus, et legitimis superius exara-

torum Generalatus et Bonor per Nos proventuum constitutis, Dominis ac Possessoribus, omnes usus fructus percipiendo, Caeterum promittimus pro Nobis Serenissimisque Successoribus Nostris non esse Nos, Serenissimosque Successores Nostros, ab Eodem Jure Emphiteutico veros et legitimos Successores dicti Generosi Philippi Raczynski amoturos, neque amovendi potestatem accipiam daturos; sed salvum et integrum Jus Emphiteuticum, ad expirium quinquaginta Annorum, a fatis Parentis pro re Successorum Eius numerandorum conservaturos, Juribus Nostris Regalibus, Reipublicae, Ecclesiaeque Romano Catholicae salvis, nec non iure Advitalitio praefato Magnifico Casimiro Raczynski Curiae Regni Marschalco, ad fata Eius servienti, salvo manente. In quorum fidem praesentes Manu Nostrae subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae die XI. Mensis Novembris. Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXIX. Anno. Stanislaus Augustus Rex Poloniae.

Privilegium liberae Braxationis, et propinationis liquorum, in Area ad Collegium quondam Societatis Jesu spectanti, Posnaniae sita, Magnifico Adamo Malczewski, Castellano Rogosnensi datum. Stanislaus Augustus Rex.

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest, universis, et singulis. Quia Nos Supplicationi, Magnifici Adami Malczewski Castellani Rogosnensi, ad Nos factae, benigne annuentes, illisque speciale Gratiae Nostrae argumentum facere, rationibusque rei familiaris, pro munificentia Nostra Regia, prodesse volentes, Eidem, ac Successoribus illius, ut possint, et valeant, in Edificiis suis, in Area, in Civitate Nostra Posnaniensi sita, quondam Suppressae Societatis Jesu propria, ad praesens ejusdem Magnifici Malczewski Castellani Rogosnensis Haereditaria, et eidem nexu Transactionum, quas hic, pro insertis debere volumus, easdemque praesentibus Literis approbamus, Officiose recognitarum vendita non solum cerevisiam coquere, sed tam hanc coctam Cerevisiam, quam et alios liquores, undecunque advectos propinare, vendere, facultatem et libertatem, citra quarumvis Personarum praepeditionem, et impedimentum, dedimus, et concessimus, prout quidem Praesens Literis Nostris damus, et concedimus, salva nihilominus solutione,

ad Thesaurum Regni, a propinatione pendi consueta. Quod ad notitiam omnibus, et singulis, quorum interest praesertim vero Nobilis, ac Spectabilis Magistratus Civitatis Nostrae Posnaniensis, deducendo mandamus, ut praenominatum Magnificum Malczewski, Eiusque Successores, aut Juris Successores in eadem libertate propinationis. Ipsis à Nobis concessa non praepediant, quinimo eadem gaudere, et uti frui permittant, ullave ratione turbent, verum ab impedimento quarumvis Personarum defendant. In quorum fidem praesentes Manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni, Communiri jussimus. Datum Varsaviae die 1. Mensis Januarii — Anno Domini MDCCXCIII. Regni Vero Nostri XXIX Anno Stanislaus Rex.

Approbatio Transactionem super Domos, hortos, Arcas, Molendinum, et Agros in Fundis Civitatis Srzoda sitos Magnifico Adamo Malczewski Castellano Rogoznensi servienticum. Stanislaus Augustus Rex Poloniae.

Significamus praesentibus Literis Nostris, quorum interest Universis et singulis. Productas esse coram Nobis Officiosas Transactiones empti et Venditi, Domuum, Arearum, hortorum, Molendini. Agrorum in Fundis Civitatis Srzoda in Palatinatu Calissiensi, Districtu Pyzdrensi sitae, per Magnificum Adamum Malczewski Castellanum Rogoznensem jure hereditario et proprietatis acquisitatum, Supplicatumque Nobis est Nomine eiusdem Magnifici Malczewski, ut praedictas Transactiones Authoritate Nostra Approbare et ratificare dignaremur. Cui supplicationi tanquam iustae coram Nobis factae benigne Annuendo praedictas Transactiones et acquisitiones quas hic pro insertis habere Volumus Approbandas esse duximus, prout praesentibus approbamus, confirmamus ratificamus eidemque robur perpetuae et inviolabilis firmitatis adicimus Dando et concedendo praedicto Magnifico Malczewski et eius Successoribus, aut ab iisdem Juris succeditoribus omnes fructus et emolumenta omnia ex praemissis Domibus Areis, Hortis, Molendino, Agris, quae Civibus competunt colligendi, percipiendi, et utifruendi, in iisdemque Areis et agris, braxatoria, Officinas cremati distillatorias, et elaboritorias, tum diversoria et Domus Aedificandi, Cerevisiam sive in iisdem braxatam et elaboratam, tum crematum, aut aliunde Advecta propinandi, et divendendi, Asylum habitationis

Judeis permittendi, praedictisque hortos, Areas, Domos, Molendinum et Agros irrequisito etiam Nostro et Successorum Nostrorum Consensu alienandi, Vendendi, et in alios quosvis beneplacitos Usus convertendi. Promittentes pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, memoratum Magnificum Malczewski in praecipua praedictorum Domorum, hortorum, Arearum, Molendini, et agrorum, eiusque Successores et ab iisdem Jurium Quesitores possessione conservaturos, nec in quopiam praemissas Transactiones, et praesentem Concessionem Violaturos, aut immutaturos, salva nihilominus Solutione contingentis. Quartalis, a propinatione liquorum, ad Thesaurum Regni debita. Quod omnibus quorum interest ad notitiam deducendo, et praesertim Magistratui Civitatis Nostrae Srzoda, ac aliis mandamus, ut eundem Magnificum Malczewski, eiusque Successores, ac futuros, Juris Quesitores, circa hoc Privilegium, ac omnia emolumenta concessa ipsi conservent, et ab aliis conservari, curent. In quorum fidem praesentes Manu Nostrae subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviae die 1ma Mensis Januarii Anno Domini MDCCXCIII. Regni Vero Nostri XXIX Anno. Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae.

Conservatio Magnifici Adami Malczewski Castellani Rogosnensis in possessione Villae Nostrae Vileszczewo in Palatinatu Calissiensi Districtu Pyzdrensi, cum Approbatione Juris Emphiteutici per eundem acquisiti.

Stanislaus Augustus Rex Poloniae.

Significamus Praesentibus literis Nostris, quorum interest universis et singulis Quia Nos annuendo Supplicationi nomine et pro parte Magnifici Adami Malczewski Castellani Rogosnensis ad Nos factae, ut eidem Jus Advitalitiali in Villa Nostra Vileszczewo in Palatinatu Calissiensi, Districtu Pyzdrensi consistendi, quod eidem vigore Privilegii Nostri benigniter collati, ac robore Decreti Commissorialis ex lege emanati inservit. Insuper Jus Emphiteuticum super hancce Nostram Villam Vileszczewo, post fata praedicti Magnifici Adami Malczewski, uti ejusdem Villae Vileszczewo legitimi Donatarii et Possessoris, a Republica per Legem Regni, Generoso Chryzostomo Lipski collatum, et per eundem Gȯo

Eustachio Kowalski per Ipsum vero praedicto Magnifico Adamo Malczewski et Eius Successoribus cessum, et divenditum, attestatibus Authenticis Transactionibus /: quas hic pro insertis habere volumus :/ approbare et ratificare dignaremur: nos igitur habito respectu meritorum praedicti Magnifici Malczewski Castellani Rogoznensis, Nobis et Reipublicae praestitorum, attentoque titulo oneroso acquisitae possessionis ac Juris Emphiteutici in Villa Nostra Kleszczewo, approbatis Cessionibus Juris Emphiteutici superius enarratis, quae accedente praevio Nostro Consensu Regio factae et recognitae essent, hocce Jus Emphiteuticum in Villa Nostra Kleszczewo, per Magnificum Malczewski Castellanum Rogoznensem rite ac legitime quaesitum ac emptum, tum Aviticitatem in hac Villa Nostra Kleszczewo, eidem inservientem, approbamus ratificamus et confirmamus Dando et concedendo eidem Magnifico Adamo Malczewski, uti legitimo ac utili Proventuum Villae Nostrae Kleszczewo Domino et Possessori, ac Eius ex jure Emphiteutico Successoribus, Proventus ex Villa Nostra Kleszczewo, in suum commodum convertendi, illisque utifruendi. Promittimus insuper pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, tam praenominatum Magnificum Adamum Malczewski Castellanum Rogoznensem, ad tempora Eius vitae, quam post fata Eius Successores illius, aut ejusdem Juris Emphiteutici Successores, ab eodemque Magnifico Adamo Malczewski, vel eius Successoribus cessione Juris Emphiteutici, ad decursum 50 Annorum, Authoritate Legis, in pacifica possessione Villae Nostrae Kleszczewo, salva: Nihilominus annualis Census, in recognitionem directi Nostri et Reipublicae Dominii, ad Thesaurum Regni, juxta Legis Anni 1775. praescriptum, quotannis pensitatione, conservaturos, neque cuipiam amovendi facultatem et potestatem daturos, quod et Serenissimi Successores Nostri praestabunt. In quorum fidem praesentes Manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae die 1. Mensis Januarii Anno Domini MDCCXCIII. Regni vero Nostri XXIX Anno. Stanislaus Augustus Rex.

Approbatio Juris Emphiteutici super Villam Trzebin in Terra Dobrinensi sitam, ad Mensam Episcopalem Plocensem pertinentem Magnifico Petro Suminski Palatino Junivladislaviensi, et illius Successoribus, ad Annos Quadraginta dati. Stanislaus Augustus Rex.

Significamus praesentibus Literis Nostris, quorum interest universis et singulis. Productas coram Nobis esse Literas in Papyro Thesauri Regni signata, valoris unius Grossi Argentei, scriptas, Manu Reverendissimi in Christo Patris Joannis Andreae Archetti Archi Episcopi Chalcedonensis, Sanctissimi ac Beatissimi in Christo Patris Domini Pii, Divina Providentia Papae VI. in Regno Nostro, et Magno Ducatu Lithvaniae Legati, Nuntii Apostolici subscriptas, et sigillo Sacrae Nuntiaturae communitas, sanas salvas et illaesas, omniqué suspicionis nota carentes, continentes in se. Ius Emphiteuticum super Villam Trabin dictam, in Terra Dobrinensi, Districtu Ripinensi sitam, ad Mensam Episcopalem Plocensem spectantem, per Admodum Reverendum in Christo Patrem Michaëlem Georgium Principem Poniatowski, Episcopum Plocensem, Ducem Pultoviensem, Generoso Petro Suminski Capitaneo Bobrovnicensi, eiusqué legitimis Successoribus, ad Annos Quadraginta datum, et per Venerabile Capitulum Cathedrale Plocense, tum per Sanctam Sedem Apostolicam approbatam et confirmatam. Supplicatumqué Nobis est per eundem Magnificum Petrum Suminski, ad praesens Palatinum Siniovladislaviensem, ut praefatas Literas, Authoritate quoqué Nostra Regia approbare, et confirmare dignaremur. Quarum quidem literarum tenor, de verbo ad verbum sequitur, estqué talis — Joannes Andreas Archetti ex Marchionibus Formigarice, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archi Episcopus Chalcedonensis, Pontificio Solio assistens, Sanctissimi Domini Nostri Domini Pii, Divina Providentia Papae VI., Eiusdemqué Sedis Sae Apostolicae, in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithvaniae, cum facultatibus Legati, de Latere Nuntius, et ad infrascripta Delegatus Apostolicus Universis et singulis praesentes visuris, lecturis, legivé audituris, quorum interest, intererit, aut quomodolibet interesse poterit, Salutem in Domino sempiternam, noverint ex parte Magnifici Petri Suminski Capitanei Bobrovnicensis, porrectas fuisse preces, Sae Congregationé Episcoporum et Regularium Negotiis et consultationibus praepositae, quibus repraesentatum fuit, eidem Sacrae Congregationi Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Episcopum Plocensem, quandam Villam Trabin nuncupatam, ab antiquo in Emphiteusim dari solitam, in Terra Dobrzynensi sitam, et ad Mensam Episcopalem spectantem, eidem Magnifico Petro Suminski Capitaneo, de se benemerito, Eiusqué Successoribus ad Quadraginta Annos, pro annua pensione, seu in vim Canonis, in Summa Florenorum polonicalium quadraginta, mediante suo Instrumento, seu Privilegio in Emphiteusin-

tribuisse, quod Privilegium Authoritate Apostolica approbari, expetitum fuit. Cum autem eadem Sacra Congregatio per respectivas literas, de data Romæ die Vigesima Sexta Januarii, Anno Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Sexto, per Eminentissimum Cardinalem Carafa, Præfectum eiusdem Sacræ Congregationis subscriptas, et ad Nos directas, Nobis præcommiserit, ut super huiusmodi negotio, illiusque narratis, eandem Sacram Congregationem informaremus. Cumque nos harum vigore mediante Instrumento, ex Cancellaria Tribunalis Nostri Apostolici. Die tertia Mensis Maii. Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Septimo emanato, per Deputatos ad locum loci Commissarios, statum et situm alté dictæ Villæ, et fundorum descriptum, Nobisque allatum habuerimus, ex eademque descriptione, memoratam Sm̃ Sedem Apostolicam informaverimus, placuit Sanctitati Suæ, ad renovatas sibi preces, illud negotium pro Approbatione peremanatum Rescriptum, ab eadem Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium, die decima Mensis Februarii, Anno currenti Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Octavo, ad Nos remittere. Cuius tenor, de verbo ad verbum est talis, videlicet: Beatissime Pater. Cum modernus Episcopus Plocensis in Polonia. Villam Trazbin nuncupatam, in Districtu Dobrinensi, Terra Rypinensi sitam et ad Mensam Episcopalem spectantem, semperque in Emphiteusim dari solitam, de Consensu Capituli et canonicorum Cathedralis Plocensis, Petro Suminski Laico, Eiusque Successoribus, pro annuo Canone Quadraginta florenorum Polonicalium, et ad quadraginta tantum Annos, sub certis in Instrumento hic annexo expressis conditionibus, in Emphiteusim concesserit ac dederit, Sanctitatem Vestram Supplicat humiliter Orator præfatus, pro opportuna Confirmatione Apostolica, dicti Contractus, ut pote qui eidem Mensæ Episcopali valdé et evidenter utilis, et Deus &. -

Sacra Congregatio Eminentissimorum et Reverendissimorum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium Præposita, attenta relatione Nuntii Apostolici Poloniæ, eidem benigné commisit, ut veris existentibus narratis, et quatenus expedire censuerit, præfatum Contractum Emphiteusis, ad Quadraginta Annos tantum, cum Annuo Canone supra expresso, et conditionibus in Instrumento appositis, pro suo Arbitrio et Conscientia approbet, atque confirmet, ita tamen ut Census Annuus solvatur, præcipuus ac liber, supportatis omnibus oneribus realibus et personalibus, per Emphiteutam ac descriptis in Instrumento confinibus melioramenta veró cedant solo. Romæ Decima Februarij Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Octavo-

S. Cardinalis Carafa Praefectus. Locus Sigilli L. Luccari Subsecretarius. Post cujus Rescripti in forma originali suprainserti Nobis praesentationem et per Nos cum ea qua decuit reverentia receptionem, Supplicatum Nobis fuit humiliter, nomine et ex parte memorati Magnifici Petri Suminski Capitanei Bobrovnicensis, ut ad executionem illius procedere dignaremur. Nos itaque Joannes Andreas Archetti ex Marchionibus Formigaria Archiepiscopus Chalcedonensis, Delegatus, specialiter Executor Apostolicus, ad earundem literarum Rescripti Executionem procedere volentes, Viso ante omnia Privilegio Illustrissimi et Reverendissimi Domini Episcopi Plocensis, in forma originali exhibito, cujus tenor sequitur de verbo ad verbum talis, Michaël Georgius Ciołek Princeps Poniatowski, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Plocensis, Dux Pultoviensis, Abbas Commendatarius Cervenensis, Decanus Varsaviensis, Ordinum Aquilae Albae et Sancti Stanislai Eques. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest aut interesse poterit universis et Singulis. Quia Nos grata habentes Magnifici Petri Suminski Pocillatoris Terrae Dobrinensis merita, quae Nobis in Pluribus Negotiis praestitit, et praestare nondesinit, Volentesque eundem speciali aliquo respectu et favore, ad Ulteriora praestanda obsequia promptum, et alacrem reddere, Eidem Magnifico Petro Suminski, eiusque legitimis Successoribus Villam Nostram Trąbin nuncupatam, in Terra Dobrinensi Districtu Ripinensi sitam, semper in Emphiteusim dari solitam, cum omnibus et singulis dictae Villae, Agris, pratis, pascuis, Campis, Sylvis, pro usu et necessitate solummodo domestica, nemoribus, lacubus, piscinis, Stagnis, Subditis, Eorumque laboribus, Aedificiis, aliisque Attinentiis et pertinentiis, ad tempus quadraginta Annorum in Emphiteusim dandam, donandam, et concedendam esse censuimus, uti quidem sub ratihabitione Perillustrium et Reverendissimorum, Dominorum Praelatorum Canonicorum totiusque Venerabilis Capituli Ecclesiae Cathedralis Plocensis, damus donamus et concedimus. In recognitionem vero directi Dominii, Canonem seu Censum Nobis et Illustrissimis Successoribus Nostris, per florenos Quadraginta, singulis Annis pro quolibet Festo S. Martini solvere, et Jurisdictioni Nostrae, ac Successorum Nostrorum, in causis fundum tangentibus parere et causam Appellationis, nonnisi ad Nos deducere, atque coram Actis quibusvis Authenticis Submissionem, seu Recognitionem, quod dictam Villam Trąbin non alio sed ad tempus prae expressum Emphiteusis temporalis titulo possidebit, facere, et post expiratum dictum tempus, de iisdem Bonis conde-

scendere tenebitur, et erit adstrictus. Post lapsum vero tempus Quadraginta Annorum, Ipse seu E-
ius Successores, de eadem Villa sine ulla praetensione, pro erogatis in reparationem eorum Bono-
rum expensis, cedere tenebitur, et respectivé debebunt. Promittimus autem pro Nobis et Illustri-
ssimis Successoribus Nostris, quod Eundem Donatarium Nostrum, seu Subarendatarium, aut a-
lii Contractus eiusdem Donatarii Nostri praesentes, seu Eius legitimos Successores, a Possessione
Villae memoratae non amo vebimus, neque Illustrissimi Successores Nostri amovebunt. Iuribus
Nostris, Ecclesiaeque Cathedralis Plocensis, salvis, et in toto manentibus. In quorum fidem prae-
sentes Manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni Nostro communiri jussimus, salvo si o-
pus foret beneplacito Sa. Sedis Apostolicae. Datum Varsaviae die Decima octava, Mensis,
Octobris, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Tertio Michael Epi-
scopus Manu propria. Locus Sigilli super rubra hostia expressi A tergo autem illius Privi-
legii sequentia leguntur. Intro contentum Privilegium in Capitulo Generali Cathedrali pro
Festo Sancti Sigismundi R. et Martyris. Anno currenti Millesimo Septingentesimo, Se-
ptuagesimo Quarto celebrato, productum, lectum, et admissum ac juxta eiusdem vim te-
norem et obloquentiam Authoritate ejusdem Reverendissimi Capituli Cathedralis Plocen-
sis approbatum, et confirmatum, Manuqué Perillustris Reverendissimi Praesidentis subscri-
ptum et Sigillo Capitulari communitum. Datum Plociae sub tempus Generalis Capituli
Cathedralis Die Nona Mensis Maii, quo supra Millesimo Septingentesimo Septuagesimo
Quarto. I. Matowiecki Archidiaconus Cathedralis Plocensis, protunc Praesidens. mp. Lo-
cus Sigilli Kunkowski Reverendissimi Capituli Secretarius mp. Deinde praesens Privi-
legium est in Acta Castrensia praesentia Capitanelia Bobrovnicensia Terrae Dobrinen-
sis, Feria tertia, ante Festum Sanctae Margarethae Virginis, et Martyris proxima, scili-
cet die Duodecima, Mensis Julii, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septua-
gesimo Quarto susceptum. Inductum, et ingrossatum, ab quo Officium praesens Attesta-
tur-Wyczałkowski Regens Castrensis Bobrovnicensis manu propria - Visa quoque Submi-
ssione, eiusdem Magnifici Petri Suminski in Actis Castrensibus Capitanealibus Varsavien-
sibus, ad mentem supra recensiti Privilegii, Die tertia Mensis Septembris Millesimo Se-
ptingentesimo, Septuagesimo Septimo solenniter emissa, de tenore tali - Actum in Cu-
ria Regia Varsaviensi die tertia Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Septin-
gentesimo Septuagesimo Septimo. Coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capita-

nealibus Varsaviensibus, personaliter comparens Illustrissimus Magnificus Petrus Alcantara, in Zboyno Zuminski, in ante Pocillator Terrae Dobrinensis, ad praesens Capitaneus Castrensis Bobrovnicensis Commissionis Thesauri Regni Commissarius Villae Trzebin, in Terra Dobrinensi et Districtu Ripinensi jacentis, Jure Emphiteutico, vigore Privilegii, de data eius Varsaviae, Die decima octava Mensis Octobris anno Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Tertio, per Celsissimum Principem Michaelem Georgium Ciołek Poniatowski, Episcopum Plocensem benigniter collati, Possessor, sanus mente corporeque existens, Jurisdictione sua quavis propria omissa, et praesenti Incorporatione facta, palam ac libere recognovit. Quia ipse sub mittit se satisfaciendo mandatis in Privilegio suprascripta expressis, in causa memoratae Villae Trzebin, ad Episcopatum Plocensem spectantis, fundum tangentibus, non alibi, quam coram Illustrissimo Excellentissimo ac Reverendissimo Domino, Episcopo Plocensi, pro tempore existenti, sive Eius Capitaneo, parere et respondere, et quod praemissam Villam Trzebin, non alio, quam vigore Privilegii Jure Emphiteutico, ad expirationem Quadraginta Annorum, in Privilegio expraessorum, possidebit, et eadem Bona, absque omni praetensione, post expirationem Annorum Quadraginta, ab actu Privilegii dicti, dimittit, submittit, praesenti recognitione, ad id accedente. Puchala Manu propria. Locus Sigilli. Lectum cum Actis per Stokowski. A tergo vero illius submissionis conotatio legitur sequens. Praesens Submissio est in Actis Generalis Consistorii Plocensis, Anno Currenti Die Sexta Mensis Septembris ingrossata. Viso denique Actu Commissoriali in loco loci expedito, propriisque Manibus eorundem Dominorum Commissariorum subscripto, seu in Originali producto, Cujus tenor de verbo ad verbum sequitur talis. Actum in Villa Trzebino die Vigesima Secunda Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Septimo Nos infra scripti receptis ea, qua par est reverentia, Literis, Commissionis in Personas Nostras directis, ex cancellaria Sacrae Nuntiaturae, de data Datum Varsaviae, die Nona Mensis Maii, Anno currenti emanatis, ac Manu Illustrissimi, Excellentissimi et Reverendissimi Domini Joannis Andreae Archetti, ex Marchionibus Formigariae, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archi Episcopi Chalcedonensis, Pontificio Solio assistentis, Sanctissimi Domini Nostri, Domini Pii, Divina Providentia Papae VI. Eiusdemque S[ae] Sedis Apostolicae, in Regno Poloniae, et Magno Ducatu Lithvaniae, cum facultatibus Legati, de Latere Nuntii subscriptis, Sigilloque Eius munitis, iisdemque lectis et trutinatis reverenter obtemperando

Mandatis Apostolicis ad praelibatam Villam Trąbino condescendimus, et de statu praedictae Villae Trąbino, ex Incolis Trąbinensibus serio investigavimus, omniaque investigata et per Nos serio connotare fecimus, in tenore verborum sequenti - Villa Trąbino Dioecesis Plocensis in Terra Dobrinensi et Districtu Rypinensi ad Episcopatum Plocensem spectans consistit, in qua Villa, Curia lignea stramine contecta, in se continens tria hypocausta et unum Conservatorium cum omnibus requisitis, ut potè duabus fornacibus, Fenestris duob, januis et Camino ad praesens in mediocri statu extans, praeter fundamenta, uti jam putrefacta, et tectum foraminosum. Penes eandem immediate Curiam hortus est, in quo extant fructiferae Arbores varii generis, circumseptus frutetis in parte desolatus, versus quem holodium existit ligneum stramine contectum, in quo fores seu Januae quatuor adinveniuntur, in parte maiori à fundamentis putrefactum, praesens holodium et tectum foraminosum, indigens notabili reparatione. Ibidem sub eodem tecto extat granarium ligneum, cum internis requisitis, januis pavimento de assedibus, bonum secundum holodium ligneum, stramine contectum in quo fores binae adinveniuntur, cujus licet parietes conspiciuntur bonae, tamen in parte fundamenta ipsius putrefacta, indigent reparatione. Sub eodem tecto extat stabulum ligneum, cum omnibus internis requisitis, tectum ipsum indiget reparatione. Item in eodem loco propter pecudes et pecora seorsiva bina stabula lignea, stramine contecta extant, penitus desolata, indigent de novo restauratione. Post praedictam Curiam, conspicitur stagnum, penes quod extat braxatorium ligneum, tegulis de assedibus contectum, cum internis requisitis, bene occlusum. Ex quo loco ulterius procedendo, extat Domus Crematoria lignea, tegulis contecta, continens in se duo, duo hypocausta, unum atrium, et alia interna requisita, penitus desolata, in eadem Domo extat puteus etiam indigens reparatione. Vasa vero necessaria tam ad Braxatorium, quam ad Crematorium, nulla reperiuntur. Tandem redeundo ex suprascripta Curia ad Villam, conscribuntur Incolae Trąbinenses. Primo Laboriosus Andreas Budzinski, Domum habet ligneam, stramine contectam, cum omnibus requisitis, bonam, sub eadem tecto habet et holodium parvum bonum, qui condeminat agros Trąbinenses, et solvit quolibet Anno Possessori Villae Trąbino censum, nempè Florenos Polonicales Triginta sex. Secundo. Laboriosus Joannes Jąziorowski, Domum habet ligneam, stramine contectam foraminosam, qui ex agris ad hanc Domum, in ante exdivisis, annualem Censum solvit florenos Polonicales sexaginta. Tertio Laboriosus Casimirus Sola, Domum habet ligneam, cum omnibus internis requisitis, jam

a fundamentis in aliquibus locis putrefactam. Idem habet parvum holodium, et Stabulum. Tecta ipsorum in mediocri statu, et parietes conspiciuntur, qui ex Agris, quos conseminat, solvit Censum annualem florenorum polonicalium Quinquaginta quatuor. Quarto. Laboriosus Jacobus Kęs dictus, domum habet ligneam, in parte a fundamentis putrefactam, stramine et tegulis per partes contectam, habet et holodium parvum bonum, qui ex Agris, quos conseminat, solvit Censum annualem florenorum Polonicalium triginta. Quinto. Laboriosus Albertus Ostrucki, habet Domum ligneam desolatam et putrefactam, stramine contectam. Idem habet et holodium parvum bonum, qui ex Agris quos conseminat, Censum solvit Florenorum Polonicalium Septuaginta octo. Sexto. Laboriosus Stanislaus Kuiawa, habet Domum ligneam bonam, cum omnibus requisitis, habet et holodium parvum bonum, cum Stabulo, propter pecudes bono, qui ex agris, quos conseminat, solvit Annualem Censum florenorum polonicalium Quinquaginta quatuor. Septimo. Laboriosus Jacobus Brzezinski habet Domum ligneam, stramine contectam cum omnibus requisitis bonam, habet et holodium parvum bonum, qui ex agris, quos conseminat, solvit florenos polonicales Octodecem. Octavo laboriosus Sebastianus Stakowski habet Domum ligneam desolatam, et reparatione notabili indigentem, similis status, habet et holodium, qui solvit ex Agris, quos conseminat nempe florenos Polonicales Viginti Sex. Nono. laboriosus Michael Zur habet Domum ligneam, bene contectam, sub eodem tecto holodium parvum, et Stabulum habet bonum, qui ex Agris quos conseminat, solvit annualem Censum florenorum polonicalium Viginti quatuor Decima Laboriosus Martinus Skibicki, habet et parvum holodium bonum, in qua Domo habitat Laboriosus Antonius Trzcinski, et Agros conseminat, ex quibus solvit Censum Annualem, florenorum polonicalium Quinquaginta quatuor. Undecimo. laboriosus Antonius Ulonowski, habet Domum ligneam, et parvum holodium, in bono Statu omnia, qui Agros nonconseminat, praeter unum hortum, ex quo annuatim solvit Florenos Polonicales Duodecem. Duodecimo. Laboriosus Joannes Dudalski, Domum habet ligneam putrefactum, et holodium parvum desolatum, qui tantum hortum conseminat, ex quo annuatim solvit, florenos polonicales Duodecem. Decimo Tertio. Laboriosus Thomas Owczarz dictus, Domum habet ligneam, stramine contectam, sub eodem tecto habet Stabulum bonum, qui ex horto, quem conseminat, solvit florenos Polonicales Octodecem. Decimo quarto. Laboriosus Valentinus, habitat in Domo Propinatoria, cujus structura lignea, stramine contecta, continens in se duo hypocausta, et Conservatorium et alia interne requisita, ac omnia in bono statu, praeter stabulum omnimo de novo aedificandum, qui nonconseminat agros, sed ex Curia Trzebinensi, provenientes liquores propinat, in eadem Domo, sive Taberna. Propinatio vero Annualis, plus minus, efficit florenos Polonicales Quingentos

Ex opposito praefatae domus, extat Ecclesia Parochialis in Trzebino lignea, Collatione Illustrissimi Reverendissimi Episcopi Plocensis, tegulis contecta, cuius fundamenta Unius parietis putrefacta penitus, tectum foraminosum urgenti reparatione indigens, habet requisita interna sat decentia. Campanile ibidem ligneum indigens reparatione, Aedificia vero Plebanalia in mediocri Statu conspiciuntur. In eodem fundo Trzebinensi accesserunt noviter tres Coloniae eradicatae, ad quas accedendo; Prima vocatus Kamionka, in quo loco sive eradicato Campo. Primo laboriosus Nicolaus Kwiatkowski, habet Domum ligneam bonam et horreum parvum cum Stabulo, stramine contecto, qui ex Agris ibidem consistentibus, quos conseminat, solvit Possessori Villae Trzebino, Annuatim Censum nempe florenos Polonicales Viginti quatuor, Secundo laboriosus Christophorus Szczepański, habet Domunculam veterem putrefactam, nullos conseminat Agros. Secunda vocatus Colonia Smolniki in qua habitant. Primo laboriosus Nicolaus Mackiewniak, Domum habet ligneam, stramine contectam bonam, habet et horreum parvum cum Stabulo, in Statu bono, qui ex Agris ibidem consistentibus, quos conseminat, Censum Annuatim solvit florenorum Polonicalium Viginti Octo. Secundo Laboriosus Antonius Wisniewski, habet Domum ligneam bonam, cum parvo horreo, qui ex Agris quos conseminat, solvit florenos polonicales Viginti quatuor. Tertio laboriosus Mattheus Skowronski, Domum habet ligneam novam, et horreum parvum bonum, qui ex agris solvit Censum, florenos duodecem. Quarto. extat etiam locus vocatus Łaszczownik ad extirpanda frutera, et constituendam novam Coloniam aptus, in quo loco jam una Domus lignea aedificata, quam nemo inhabitat, Agros vero, Curia sive Possessor Villae Trzebino conseminat, ex quibus poterit provenire Census, florenorum Viginti quatuor Tertia Colonia vocatus. Bugu in qua habitant, Primo. Laboriosus Paulus Skowron, Domum habet ligneam bonam, et horreum parvum, qui ex agris, quos conseminat, Censum solvit florenos, Triginta Octo. Secundo. Laboriosus Antonius Goszczyński, Domum habet collabentem ligneam, et horreum parvum habet novum, qui solvit ex Agris, quos conseminat, florenos Triginta. Tertio laboriosus Jacobus Iwanowski, habet novam Domum ligneam, et horreum parvum, qui solvit ex agris Censum florenorum Viginti quatuor. Quarto. Andreas Fuit habet Domum ligneam novam, cum parvo horreo, qui solvit ex agris, Censum florenorum Viginti Sex. Quinto Laboriosus Jacobus Kamieński, habet Domum ligneam bonam, stramine contectam, habet et horreum bonum, qui ex Agris, quos ibidem conseminat, censum Annuatim, solvit florenorum Centum Octo. Sexto. Laboriosus Joannes Ostrucki, Domum habet et horreum cum Stabulo propter pecudes, in bono Statu, qui solvit ex agris, quos conseminat, florenos Quadraginta. Septimo laboriosus Joannes Piaskucki, Domum habet ligneam, per parter

putrefactam, Stramine contectam, habet et Holodium parvum, qui simul cum supracitato
Laboriosa Paulo Skowron, conseminat Agros, et simul persolvit Censum suprascpecificatum,
qui Census efficiunt Summam florenorum Polonicalium, Octingentorum Quinquaginta qua=
tuor. supra scripti Incolae Trgbinenses, minime sunt ad scriptitii glebae, neque Subditi, immo Adve=
nae, qui nullos Contractus ibidem ulterius commanendi, habent, proindque Agros minime commensu=
ratos possident, et exinde non adaequaté tam Censum solvunt, quam labores praestant. Quare nece=
ssaria ad invenitur Commensuratio Agrorum, et constitutio pretii, de quolibet Manso, intuitu prove=
nientis Census, ut adimpleretur justitia, tam in persolvendo Censu, quam et praestandis laboribus
Possessori Villae Trgbino, Quos praestent tempore aestivali, seu quilibet ipsorum laborando Falce me=
storia Dies sex, arando Mansos tres, Colligendo Fenum per dies tres, et alia in hortis domesti=
cis Curiae Trgbinensis praestanda obsequia. Agri veró Curiales in Trgbino, quos conseminat, exi=
stens pro inseminationibus, sequendo numerum Corectorum sive Mensurae Varsaviensis, varii ge=
neris frugum, ut pote siliginis Corectorum Mensurae Varsaviensis Quinquaginta, Tritici ejusdem Men=
surae Corectorum trium, Hordei ejusdem Mensurae Corectorum Quindecim, Avenae Mensurae Var=
saviensis sive Brodnicensis, Corectorum ~~Varsaviens~~ Viginti quinqué. Pisi itidem Mensurae Corecto=
rum Varsaviensium Novem, tum aliarum inseminationum, Minoris importantiae Corectorum sex. Fenum
autem, quo ad alendos Equos et pecudes, vix Viginti quatuor Currus Feni ad praesens colliguntur. Facta ta=
men extirpatione Frutetorum, plus minus poterunt Centum Currus Feni colligi. Tum etiam sub sequenda
eradicatione Virgultorum, longé extendetur Campus, ad majores Conseminationes, uti in loco Apto, in ante
per Praedecessores Possessores fore, ab Anno aut pluris Millesimo Septingentesimo Decimo, juxta Oblo=
quentiam Actorum Reverendissimi Capituli Cathedralis Plocensis, et Restauratione praelibatae Villae
Trgbin, Jure Emphiteutico possidens, et protunc grassante Aura pestifera, in Palatinatu Plocensi, Terra=
que Dobrinensi, relicta et per Posteros neglecta, tum ad huc usque nonexradicata, ad quod perficiendum,
et effectuandum Magnificus Petrus Suminski in ante Pocillator Dobrinensis ad praesens Capitaneus - sive
Praefectus Castri Bobrovnicensis intendit, et Submissionem, coram actis Authenticis scilicet Castrensibus
Varsaviensibus Anno currenti Die tertia Mensis Septembris, ad Mentem Privilegii sibi tributi, in ordi=
ne comparendi et respondendi, respectu ejusdem Villae, et illius fundi, coram Officio Ordinario Plocensi reco=
gnovit, Nobisqué in praesenti Actu expedita Conscriptione Status Villae Trgbino, memoratam Submissio=
nem authenticé extraditam produxit. Quanta vero longitudo et latitudo ejusdem Villae, seu totius fundi
Trgbinensis existat, recte conspicitur a limitibus ejusdem, incipiendo ab oriente a Villa Nobilium Jubliny,

ubi stagnum distimitat inferius specificatum. A meridie vero Bona Nobilium Ostrowite, ubi signa
seu scopuli limitum apparent, et Villa Brosie Polskie, ubi eadem Bona monticulus oblongus
extans distimitat, a Bonis Trzebino. Ab occasu vero Bona seu Villæ Nobilium vocitatæ Dobre,
Radomino, Ruffiny, ubi inter Bona vocitata Dobre exorta est quæstio, de limitibus, et in hunc diem
non sopita. Incolæ vero Trzebinenses asserunt. Procedendo à limitibus Villæ Brosice Polskie, ex=
tenduntur limites Villæ Dobre, penes Borram et Sylvam Trzebinensem, ad præcedens apparen=
tem. Possessores vero Villæ nuncupatæ Dobre, prætendunt totam Sylvam ab occasu consistan=
tem, usque ad Cisternam lutosam, Villam vero Radomino distimitat monticulus oblongus, a
Villa Trzebino, Villam autem Ruffiny distimitat, fossa seu Cisterna lutosa, a Villa Trzebino. A
Septemtrione Bona Nobilium Szczutowo et Ruszkowo, extant immediate, ubi Bona Szczuto=
wo ~~et Ruszkowo, extant immediate, ubi Bona~~ [distimitat Monticulus oblongus, a Villa] Trzebinensi. Qui superius specificati limites, tam in
Campis quam in Borris et Sylvis in fundo Trzebinensi extantibus, ab utrisque Partibus, sive Possessori=
bus Villarum adjacentium supra specificatt absque omni controversia, pro veris et legitimis agno=
scuntur, præter memoratam Villam Nobilium Dobre. Villa hæc seu totus fundus Trzebinensis, ut su=
pra in terra Dobrinensi consistens, limites ejus circumferencialiter transeundo excedunt distantiam
unius et semi Polonici Milliaris. Adjacet Confinio Terrarum Prussicæ noviter limitatarum, di=
stans duobus Milliaribus Poll. præter Sylvas et arbores Pinaticas sunt et varii generis Arbores,
quarum facilis defluitatio, navigabili fluvio vocitato Drwęca, distanti a Villa Trzebino duobus Mi=
lliaribus, in ante faverat, ad præsens dum prælibatus fluvius Drwęca, recenter assumptus, et deter=
minatus, pro limite Terrarum, sive Regni Prussicæ, proindeque impedit defluitationem earun=
dem. Ne vero de solatio subsequatur in prætactis Sylvis et Borris Trzebinensibus. Advocatus Vil=
læ Trzebino constitutus à Possessore Villæ Trzebino curam gerit. Extat etiam Stagnum magnum in
eodem fundo Trzebinensi, proximé post Curiam Trzebin, nimis profundum circiter in sexagin=
ta cubitos, et protenditur in lõgum, usque ad limites Villæ Jalbiny, Copia piscium varii ge=
neris, non modica Captus vero illorum difficilis, præ obstacula ex arboribus, in eodem extanti=
bus, de quo nullus fructus ad huncusque Possessori Villæ Trzebino provenit. Ex eodem Stagno, pi=
scina emanat, et attingit limites Villæ vocitatæ Ostrowite, conductis vero Piscatoribus, et amo=
tis obstaculis é Stagno, poterit facile ad aliquod centena florenorum provenire census. Quæ om=
nia fideliter revisa et connotata, Manibus Nostris, cum appositione Sigillorum subscribimus.
Datum die et Anno, quibus supra. Antonius Lendzieniecki Canonicus Cathedralis, Præpositus

Collegiatæ Plocensis Commissarius Manu propria. Michaël Mdzewski Canonicus Cathedralis Plocensis, ad præmissa Deputatus Commissarius. mp. His proinde visis lectis et perlectis ac mature examinatis, constitutoque Nobis de veritate, tam super eo, quod memorata Villa Trąbin, ab antiquo in Emphiteusim consuevit dari, quodque notabili reparatione indigeat, quarum onus dictus Magnificus Petrus Suminski, in se assumpsit, cum appromissione solvendi Annui Canonis, seu Census ad Mensam Episcopalem Plocensem, in summa florenorum polonicalium Quadraginta, cujuslibet Anni, in Festo Sancti Martini Episcopi, attenta quoque submissione, in Actis Castrensibus Varsaviensibus facta, quod in Causis, respectu ejusdem Villæ et fundorum, non alibi, verum coram Officio Episcopali Plocensi, dictus Magnificus Petrus, ejusque Successores, respondere teneantur. Idcirco inhærentes Facultatibus, in supra mentionato Rescripto Sacræ Congregationis, die decima Februarii Anni currentis Nobis specialiter communicatis, Authoritate ejusdem Sacræ Sedis Apostolicæ, memoratum Privilegium seu Contractum ad Quadraginta Annos à data illius computando initum, approbamus et confirmamus. Volumus tamen, ut constitutus Census punctualiter quolibet Anno in Festo Sancti Martini Episcopi, ad Mensam Episcopalem solvatur, et effluxo tempore Quadraginta Annorum, absque ullius prætensionibus, reparationes solo cedant, nonobstante. In quorum fidem. Datum Varsaviæ die Decima Sexta Mensis Maii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Octavo. G. A. Archi Episcopus Chalcedonensis. Locus Sigilli. Josephus Szczełkowski Vice Cancellarius Cui supplicationi Nos Stanislaus Augustus Rex benigne annuentes, præinsertas literas in omnibus earum punctis, clausulis, et Conditionibus approbandas, et confirmandas esse duximus, prout quidem approbamus, et confirmamus, ac circa inviolatam dictæ Villæ Trąbin, ad Annos quadraginta Possessionem, suprafatum Magnificum Petrum Suminski, Palatinum Juniwladislaviensem, illiusque legitimos Successores, et Succedaneos, conservamus, et manutenemus præsentibus literis Nostris. Quas Manu Nostra subscriptas, sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ die 11. Mensis Januarii Anno Domini MDCCXCIII. Regni Vero Nostri XXIX anno

Stanislaus Augustus Rex

№ 4º. A C T A
Maioris Cancellariæ Regni
Anno Domini 1793.

Literæ liberi passus Generoso Josepho Walicki Capitaneo Mszczonoviensi ex oris Italicis Poloniam retro proficiscenti dantur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæque.

Significamus præsentibus literis Nostris quorum interest universis et singulis. Expositum Nobis est per certos Consiliarios Nostros lateri Nostro assidentes nomine et pro parte Gsi Josephi Walicki Capitanei Mszczonoviensis. Quod ipse motivo recuperandæ sanitatis in Oris Italicis commorans nuperrime autem Romæ degens in animum induxerit Poloniam reverti. Idcirco supplicaret Nobis ut ipsi literas Nostras liberi Passus dare, et concedere dignaremur. Cui Supplicationi Nos benigne annuentes easdem literas liberi passus damus, et concedimus atque enixe ab omnibus cujuscunque Dignitatis et Præminentiæ Personis requirimus seu expetimus, ut prædicto Gso Josepho Walicki Capitaneo Mszczonoviensi cum sua familia domestica rebusque pro necessitate habitis per varias ditiones Civitates transire proficisci et pro commoditate negotiorum suorum commorari permittant, ac omnimodam itineris securitatem habere curent et providcant omnibusque humanitatis et benevolentiæ Officiis eundem ut prosequi valeant exploramus de reciprocitate in oris Nostris omnibus qui Nobis similiter commendati fuerint assequenda certificare volentes. In cujus rei fidem sigillum Regni ad mandatum Nostrum est appressum. Datum Varsaviæ die duodecima Mensis Januarii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Nonagesimo Tertio. Regni vero Nostri Vigesimo Nono anno. = Hyacynthus Małachowski Supremus Regni Poloniæ Cancellarius.

Rescriptum Deputationis cum actis Castrensibus Siradiensibus ad Gsum Adalbertum Niniewski in Villa Strachanowo in Palatinatu Siradiensi sita in=

infirmum
~~Palatinatu~~ et decumbentem pro suscipiendis ab ipso Transactionibus. Stanislaus A. Generosis Regenti vice Regenti aut susceptanti Castrensibus Siradiensibus fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam Gsus fideliter Nobis dilecti Expositum Nobis est per certos Consiliarios Nostro lateri Nostro assidentes, quod Gsus Adalbertus Niniewski in Villa Strachanowo Palatinatu Siradiensi sita in aegra constitutus valetudine nullatenus pro recognoscendis Transactionibus Acta Publica adire valeat simulque supplicatum Nobis est nomine ejusdem quatenus cum actis Castrensibus Siradiensibus ad Villam Strachanowo ubi praefatus Gsus Adalbertus Niniewski infirmus decumbit condescendere permitteremus Cui supplicationi benigne annuentes Fidelitatibus Vestris permittimus, et ab ipsis requirimus ut visis praesentibus literis Nostris cum praelibatis Actis Castrensibus Siradiensibus ad Villam Strachanowo unus vestrum condescendat ibidemque Transactiones quas ille coram iisdem Actis recognoscere cupit prout de jure suscipiat. In quorum fidem praesentes Manu Nostra subscriptas. Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae die XXII. Mensis Januarii Anno Domini MDCCXCII. Regni Vero Nostri XXIX Anno. Stanislaus Augustus Rex.

Rescriptum Sae Rae Mtis deputationis cum Actis Castrensibus Lublinensibus ad Gsum Caietanum Komar, in Oppido Pulawy infirmum et decumbentem pro suscipiendis ad ipso Transactionibus. Stanislaus Rex. Generosis Regenti Vice Regenti aut susceptanti Castrensibus Lublinensibus fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam Generosi fideliter Nobis dilecti Expositum Nobis est per certos Consiliarios Nostros lateri Nostro assidentes quod Gsus Caietanus Komar in Oppido Pulawy in aegra constitutus valetudine nullatenus pro recognoscendis transactionibus acta publica adire valeat simulque supplicatum Nobis est nomine ejusdem quatenus cum actis Castrensibus Lublinensibus ad Oppidum Pulawy ubi praefatus Gsus Caietanus Komar infirmus decumbit condescendere permitteremus. Cui supplicationi Nos benigne annuentes Fidelitatibus Vestris permittimus et ab ipsis requirimus ut visis praesentibus Literis Nostris cum praelibatis Actis Castrensibus Lublinensibus ad Oppidum Pulawy unus vestrum condescendat ibidemque Transactiones quas ille coram iisdem actis recognoscere cupit prout de Jure suscipiat. In quorum fidem praesens Rescriptum. Datum Varsaviae, die XXII. Mensis Januarii Anno Domini MDCCXCII. — Regni Vero Nostri XXIX Anno — Stanislaus Augustus Rex Poloniae —

Litere liberi passus Generoso Isidoro Comiti Krembek ad Exteras Nationes proficiscenti dantur. Stanislaus Augustus Rex Poloniae.

41

Significamus &. Expositum nobis est per certos Consiliarios Nostros Lateri Nostro assidentes nomine et pro parte Gsi Isidori Comitis Szembek. Quod ipse obstrictus negotiis propriis cum in animum induxerit ad exteras Nationes proficisci Nobis supplicaret ut ipsi Literas Nostras liberi passus dare et concedere dignaremur. Cui supplicationi nos benigne annuentes easdem Literas liberi passus damus et concedimus atque enixe ab omnibus cujuscunque dignitatis, et Praeminentiae Personis requirimus et expetimus ut dicto Gso Isidoro Comiti Szembek cum sua familia domestica rebusque pro necessitate habitis per varias ditiones Civitates transire proficisci morari permittant, ac omnimodam itineris securitatem habere curent et provideant omnibusque humanitatis et benevolentiae Officiis eundem ut prosequi valeant exploramus, de reciprocitate in oris Nostris omnibus qui Nobis similiter commendati fuerint assequendo certificare volentes. In cujus rei fidem Sigillum Regni ad Mandatum Nostrum est appressum. Datum Varsaviae die XI. Mensis Februarii Anno Domini MDCCXCIII. Regni Vero Nostri XXIX. Anno Hyacyntus Małachowski R. P. S. Cancellarius.

Rescriptum Deputationis cum Actis Castrensibus Posnaniensibus ad Gsum Urbanowski in Villa Chudopsic infirmum et decumbentem pro suscipiendis ab ipso Transactionibus. Stanislaus Augustus Rex=.

Generosis Regenti Vice Regenti aut Susceptanti Castrensibus Posnaniensibus, juratis fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam Gsi fideliter Nobis dilecti. Relatum Nobis est per Certos Consiliarios Nostros Lateri Nostro assidentes quod Gsus Urbanowski Haeres Bonorum Chudopsic in Dtu Posnaniensi existentium in aegra constitutus valetudine nullatenus pro recognoscendis Transactionibus acta publica adire valeat. Qua propter supplicatum Nobis est nomine ejusdem ut cum Actis Castrensibus Posnaniensibus ad Villam Chudopsic in qua praefatus Gsus Urbanowski infirmus degit condescendere permitteremus. Cui supplicationi benigne annuentes Fidelitatibus Vestris permittimus, et ab ipsis requirimus ut visis praesentibus Literis Nostris cum praelibatis Actis Castrensibus Posnaniensibus unus Vestrum ubi praefatus Gsus Urbanowski infirmus decumbit condescendant ibidemque Transactiones quas ille coram iisdem Actis recognoscere cupit prout de jure suscipiat. In quorum fidem praesens Rescriptum &. Datum Varsaviae die VIII. Mensis Martii Anno Domini MDCCXCIII. Regni Vero Nostri XXIX. Anno Stanislaus Augustus Rex=.

Literae liberi passus Generoso Joanni Czyż Maiori Cavaleriae Nationalis Exercitus Regni ad Exteras Nationes proficiscenti dantur. Stanislaus Augustus Rex=.

Significamus &. Expositum Nobis est per Certos Consiliarios Nostros, Lateri Nostro assidentes no=

mine et pro parte Gsi Joannis Czyz Maioris Cavaleriae Nationalis Exercitus Regni. Quod ipse habens pro designato tempore officiorum a Generali Commendante in die 20 Mensis elapsi Januarii permissionem obtinens negotiis propriis cum in animum induxerit ad exteras Nationes proficisci Nobis supplicaret ut Ipsi Literas Nostras liberi passus dare, et concedere dignaremur. Cui supplicationi Nos benigne annuentes easdem Literas liberi passus damus et concedimus atq. cuide ab omnibus cujuscunque Dignitatis et Praeeminentiae Personis requirimus et expetimus ut dicto Gso Joanni Czyz cum sua Familia Domestica rebusq. pro necessitate habitis per varias ditiones Civitates transire proficisci morari permittant ac omnimodam interea securitatem habere curent et provideant omnibusq. humanitatis et benevolentiae Officiis eundem ut prosequi valeant exploramus de reciprocitate in oris Nostris omnibus qui Nobis similiter commendati fuerint assequenda certificare volentes. In cujus Rei fidem Sigillum Regni ad Mandatum Nostrum est expressum. Datum Varsaviae, die Nona Mensis Martii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Nonagesimo Tertio. Regni Vero Nostri Vigesimo Nono Anno.

Hyacynthus Małachowski Regni Poloniae Supremus Cancellarius.

Rescriptum Deputationis Cum Actis Castrensibus Calissiensibus ad Gsum Caietanum Radolinski, Tribunum Vschovensem in Villa Zelazkow infirmum et decumbentem pro suscipiendis ab ipso Transactionibus. Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae.

Generosis Regenti Vice Regenti aut Susceptanti Castrensibus Calissiensibus juratis fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam Generosi fideliter Nobis dilecti. Relatum Nobis est per Certos Consiliarios Nostros, Lateri Nostro assidentes. Quod Gsus Caietanus Radolinski Tribunus Vschovensis in aegra constitutus valetudine nullatenus pro recognoscendis Transactionibus Acta publica adire valeat. Qua propter supplicatum Nobis est nomine ejusdem ut cum Actis Castrensibus Calissiensibus ad Villam Zelazkow in qua praefatus Gsus Caietanus Radolinski infirmus degit condescendere permitteremus. Cui supplicationi benigne annuentes Fidelitatibus Vestris permittimus, et ab ipsis requirimus, ut visis praesentibus Literis Nostris cum praelibatis Actis Castrensibus Calissiensibus unus vestrum ubi praefatus Gsus Caietanus Radolinski infirmus decumbit condescendat ibidemq. Transactiones quas ille coram iisdem Actis recognoscere cupit prout de jure suscipiat. In quorum fidem praesens Rescriptum Manu Nostra subscriptum Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae, die XXIII. Mensis Martii Anno Domini MDCCXCIII. Regni Vero Nostri XXIX. Anno. Stanislaus Augustus Rex.

Rescriptum Deputationis cum Actis Metricae Cancellariae Maioris

Maioris Regni ad Gsum Danielem Belgram hic Varsaviae infirmum et decumbentem pro suscipiendis ab ipso Transactionibus. Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae.

Generoso Cypriano Sowinski Metricis Cancellariae Nostrae Maioris Regni Praefato fideliter Nobis dilecto Gratiam Nostram Regiam Gose fideliter Nobis dilecte. Relatum Nobis est quod Gsus Daniel Belgram obdebilem valetudinem nullatenus pro recognoscendis Transactionibus Acta publica adire valeat simulque supplicavit Nobis quatenus Cum Actis Cancellariae Nostrae Maioris Regni ad Residentiam eius hic Varsaviae Fidelitati Tuae condescendere permitteremus. Cui Supplicationi Nos benigne annuentes Fidelitati Tuae permittimus et ab ipso requirimus ut visis praesentibus Literis Nostris cum praelibatis Actis Metricae Regni ad Residentiam Eiusdem Gsi Danielis Belgram infirmi Fidelitas Tua condescendat ibidemque Transactiones quas ille coram iisdem Actis recognoscere cupit prout de Jure suscipiat. In cuius Rei fidem praesens Rescriptum O. Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae die III. Mensis Aprilis Anno Domini MDCCXCIII. Regni vero Nostri XXIX. Anno. Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex.

Regest Przywileiów w tym Protokule z N. 1. Nayduiących się

Pozwolenie od JW. Generalności pierwszowania Prezent na Plebanie JWW. Kandydatom. 1.

Prezenta na Cerkiew w Bogusławiu „ „ „ „ „ 1.

Prezentatio Venerabilis Jacobi Borowski „ „ „ „ „ 2.

„ Joannis Degiel „ „ „ „ „ 2.

„ Felicis Barzykowski „ „ „ „ 2.

Prezenta na Cerkiew w Mieście Skwirze „ „ „ „ 3.

„ w Mieście Kozodawnice „ „ „ „ 3.

Ensiferatus Regni Gsio Raphaeli Chołoniewski 4.

Praesentatio Venerabilis Antonii Pogorzelski „ „ „ „ 4.
„ Vincentii Laszczewski „ „ „ „ 4.
Consensus super Coadjutoream Episcopatus Plocensis Christophoro Drembek „ 5.
Literae Nominationis Christophori Dzempsek „ „ „ „ 5.
Literae in eadem Materia ad Cardinalem „ „ „ „ 6.

Regesta Przywilejow w Protokule pod

№ 2dim umieszczonych R[u] 1793.

Capitaneatus Salnicensis Magnifico Casimiro Radzyński „ „ „ „ 7.
„ Magnifici Rocho Kossowski „ „ „ „ 8.
„ Obotnicensis Jure Emphiteutico Stanislao Kossowski „ „ „ 8.
Advocatia Generoso Nicolao Dikowski „ „ „ „ „ 9.
Diploma Juris Emphiteutici Ignatio Rychłowski „ „ „ „ 10.
„ Xaverio Mikorski „ „ „ „ 11.
Conservatio Magnifici Josephi Mikorski „ „ „ „ 12.
Diploma Juris Emphiteutici Josepho Mielżyński „ „ „ „ „ 14.
Diploma Gsô Adami Zuminski, Petro Zuminski Gsô Onuphrio Chełmicki „ „ 15.
„ Gsô Augusto Kicki „ „ „ „ 16.
List na osobę Wo Augusta Kickiego „ „ „ „ 17.
Diploma Juris Emphiteutici Gsô Ignatio Mięczyński „ „ „ „ 18.
List do nowey Kommissyi Skar: o wyjętym Przywileiu na Dobra Smidyn „ 19.

Regesta Przywileiow w Protokule pod

№ 3tio z Naydujących się Ru 1793.

Aprobatio Gsô Philippo Radzyński „ „ „ „ „ 21.
„ Magnifico Casimiro Radzyński „ „ „ „ 22.
Privilegium Magnifico Adamo Małaszewski „ „ „ „ 24.

45.

Approbatio Magnifico Adamo Malczewski „ „ „ „ „ 25.
Conservatio Magnifici Adami Malczewski „ „ „ „ „ 26.
Approbatio Magnifico Petro Jaminski „ „ „ „ „ 27.

Regestr Reskryptów y innych Expedycyi pod № 4o w tym Protokule z najduiących się

Literae Generoso Josepho Walecki „ „ „ „ „ 39.
Rescriptum Generosum Adalbertum Niniewski „ „ „ „ 39.
„ Caietanum Niemas „ „ „ „ 40.
Literae Generoso Isidoro Comiti Drembek „ „ „ „ „ 40.
Rescriptum Generosum Urbanowski „ „ „ „ „ 41.
Literae Generoso Joanni Czyż „ „ „ „ „ 41.
Rescriptum Generosum Caietanum Radolinski „ „ 42.
Rescriptum Generosum Davidem Belgram „ „ „ 43.

V B [illegible] C